



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.


We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





11/4/12

112

X 234/7



IACOBUS GRONOVIVS I.F.R.F.

Græcæ Linguae, Historiarum et Eloquentiæ Professor.

*Hænetibi, ut exhilaras frontem Gronovius alter Tu mentem ratione polis, tu sacula pandis;
Dadaleo Sculptam, Pallas, in ære DICO. Sic facis, ut mirer facta manumque Dei.*



A P P I A N O Y
ΝΙΚΟΜΗΔΕΩΣ
 ΑΝΑΒΑΣΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
 ΒΙΒΛΙΑ ΕΠΤΑ
ΚΑΙ
 Ι Ν Δ Ι Κ Η.

A R R I A N I
NICOMEDIENSIS
 EXPEDITIONIS ALEXANDRI
 LIBRI SEPTEM
ET
 HISTORIA INDICA.

EX
 BONAV. VULCANII INTERPRETATIONE LATINA

post variam aliorum industriam

Ita lacunis vel cognitis vel ignotis etiamnum & obscuris suppletis,

Ita Auctoris in Græcæ Linguæ nativo usu præstantia & facultate restituta

ex plurium MSSorum & præsertim unius Optimi collatione,

ut nunc demum prodire hic auctor videri debeat,

OPERA
 J A C O B I G R O N O V I I.



LVGDVNI BATAVORVM,
 Excudit PETRVS VANDER AA, Bibliop.

M D C C I V.



SERENISSIMO ET CELSISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO
COSMO III
MAGNO ETRURIÆ DUCI



Arrianus hic Florentiam versus simul mentem sustinens intendere & iter, non opinatur admitti ab se aliquid pœnitendum, aut cujus veniam in excusandi meditatione collocare debeat. Ipse naturæ impetus hoc agere tum hodieque cernitur, tum olim fuit agnitus, ut omnia quæ vivunt, jucunditas quædam trahat vertatque ad loca, ubi aliquando refici ea & pasci contigerit. Talia vero Arriani fuerunt fata, ut per annos bene multos in benigno illic tutoque & fideli repositorio latuerit, sed plane tanquam Saturnus ab ingratis manibus regno ejectus. Etenim per immunda, quæ sola per populos famamque circumferebantur, exemplaria ab pristina venustate & naturali pulchritudine, quam ab parente suo acceperat, depulsus ac male destitutus, tamen in Pietatis Medicæ Palatio velut Latio altero sepositus, conscientiam fortunæ prioris ac nobilitatem opperiens sua tempora retinuit. Ibi inter tot magnorum veterum vivas imagines quum non dememinerit servatam esse præstantiam suam, & nunc quoque salutem ac novum natalem illi loco debere se agnoscat, festinat frequentare mansionem incolumitatis suæ. Etiam phœ-

D E D I C A T I O.

phœnicem in Arabia renatum & recenti corpore vividum, ubi robur adoleverat, dixerunt non cunctari, quin Heliopolin, sedem solitam majorum, quorum corpus excepit, rediret, originis suæ admonitionem voluptati ducens. Ipsi jam sunt tres & triginta anni, quando ad noscenda vetustatis per inæstimabiles membranas fulgentis monumenta Sererenissima Regia Celsitudo Tua me admisit: nec infinitam istam indulgentiam aliunde Tibi, **PRINCEPS CLEMENTISSIME**, allatam subnatamque credidi, nisi quod spei bonæ in me appareret nebula, quæ in aliqua doctrinæ parte posset respondere exspectationi Tuæ, quando tempestivis veluti his ac felicibus imbribus porro sæcundare has vires voluisti. Tunc perstrinxit & obstupefecit me codex Arriani, perinde ut antea deploraverat crebrò corruptæ suæ apud posteros lucubrationis indignam absurditatem. Ferreus fuisset, si tantæ felicitati aliquid non satisfaciens commisisset, nulla ope huic eruditissimo homini, cujus domesticæ vitæ meam similem optaveram, præstita. Immo dignus erat Arrianus, quem ante omnia foveri a me cuperem. Quis enim auctor ad studia majori cum utilitate proferri poterat? Quo volumine tractari res aut majoris aut paris ad historiam momenti dicemus? Non enim Typhona novum ex fabulis repetimus, cujus extentæ manus orientem & occidentem apprehenderent. Immo dum regnum illud Persicum cccxx circiter annos regnatum intra paucos annos adfligit, quid aliud, quam divinitatem faticinæ ex Judæo prædictionis declarat, & quemadmodum Persicus ille aries ab Græco hirco (utraq;e fataliter agnoscimus dicta nomina) fuerit contusus, aut qua ratione ille æneus colossi venter in somnorina imagine magno Nebucadnezarî visus vere exstiterit, ac denique ille pardalus quatuor alis in tergo & totidem capitibus designatus impleri, & sic illa Arabum inclita epocha annorum Dilcarnaim constitui inceperit? Hæc enim omnia scriptor iste confirmat & exsequitur, dum ex Philosophicis & Geographicis egressus, & delibare aliquid Historicum statuens, forsan Aristotelem pro monitore habet, & Alexandri expeditionem sumit stilo suo satis polito curam materiamque decentissimam, sicut iste philosophus Protogenem dicebatur monuisse, ut Alexandri Magni opera pingeret propter æternitatem rerum. Quam ut nomine

D E D I C A T I O.

ne adeptus fuit, ita certe industria ejus in hoc genere adhibita fere nonnisi ad interitum & posteritatis offensionem vergit, dum violata variis dolis & offuciis nequivit ingenui splendoris speciem custodire, nisi in unico Tuo, DOMINE, exemplari. Unde dum sperare licet fore, ut differenet ista prior obscuritas, simul futurum erit, ut tanto beneficio, æterno sane illo, devinctus Arrianus, etiam porro fundet amplietque laudem felicitum istorum S. Laurentii pluteorum. Ego quidem quam sanctissime potui, fidem meam in hoc Benignitatis Tuæ deposito seu reddendo seu cum pluribus communicando seu reverenter adspiciendo liberare conatus fui; sed dum hoc egi, quid aliud quam vetus miles Tuus, non ab tribuno lectus, sed Tuo, IMPERATOR UNICE, ore citatus & evocatus hanc alteram aram Magnificentiae Majorum Liberalissimæ & Tuæ Clementissimæ Indulgentiæ, qua januam tam splendidæ gazæ patere mihi olim jussisti, ab animo meo erectam exstare volui, ad quam assiduis votis pro Incolumitate Tua supplicarem, Deum obsecrans, ut illam Pacis Perpetuæ sapientiam, ignoratam Magno Alexandro, per tot annos fortunatissime populis ac regionibus Etruscis expertam & nunc quoque vigentem, quum ubique turbatur, in Tua Moderatione perannare longissime velit. Quod precor

Serenissimæ Regiæ Celsitudini Tuæ

devotissimus & obsequentissimus

cliens ac beneficiarius

Lugduni ad Rhenum
Nonis Martiis
c1616 c1111.

JACOBUS GRONOVIVS.

JACOBUS GRONOVIVS

LECTORI

S. P. D.

Siquid vulgaris causa in animum tuum admittis, unde ad hanc editionem Arrianus per me venerit, omnino non satis circumspetto præjudicio hanc totam rem consideras. Exemplarium erat affatum, ut quisque legendo ei imminens satiare desiderium hoc & implere sine invidia posset. Non etiam pro neglectiore jacuerat hic scriptor, ut paucos eum dignatos fuisse in manum sumere imagineris. Ipsa nomina præsto sunt, & talia, ut vitam suam solis studiis inclarescere voluerint. Sed & pars hæc historiæ veteris habet eam rationem, ut quum in media sæcula rebus gestis clara & virtutes Asiaticas cum Europæis jam miscentia incidat, ab ullo rerum veterum noscendarum cupido prætermitti nequeat, certe non debeat. Itaque ex his omnibus præagire licebat adolescenti in vitam, hoc est, in hanc Asiæ Græciæque ætatem cognoscendam, ingressuro, pronam adeo planamque viam sibi a prioribus, quos paulatim variis ætatibus ab ipso numine evocatos ad restituenda vetera monumenta audit ac veneratur, stratam esse, ut liquida omnia parataque accessui ipsius esset reperturus. Ita certe me & formabam & solabar illo tempore, quo ex progrediendi ordine in hoc spatium deferabar. Magnum quid audienti spondet opinio vetus de Sigismundo Cesare primum, mox & Rege Alphonso; ut quibus non decuerit quidquam offerri, nisi partibus omnibus emendatum, etsi de priore scribat Facius, paula licentiore stilo. Magnum tot interpretationes: quum „ & Alexander Gabuardus scribat hæc verba: Quos industria & labore Bartholomei „ Facii Latinos, ut vides, habemus. Thadæus ille Ugoletus Parmensis vir in utraque „ pagina doctissimus me suis literis admonuit se legisse interpretationem Arriani à Nico- „ lao Sagundino factitatam fuisse. Magnum Francisci Philelphi expectatio & man- „ datum, quo ab Pet. Perleone petit Arrianum historicum, quo imperia Persarum & Macedonum vel suâ historiâ Latinis cognita esse velit. Sed & P. Bembo per epistolam cum Jac. Sadoletto de hoc egerant. Magnum scripta Eliæ Vineti in Arriani vitam Alexandri, prout referuntur in Indice operum ejus. Magnum labor Bonaventuræ Vulcanii, de quo audimus Scaligerana, il tourne fort heureusement ce qu'il traduit: & „ in Epistolis 396. Vulcanius noster sane vir optimus & doctissimus est, & cui in aucto- „ ribus Græcis Latine vertendis quidvis tribuere au sim. Sed plus ab ingenio, quam a corpore potest. Quum tamen ad eundem visus respicere Casaubonus ad Strabonem scribat eum qui Callimachi poematis novissime vertit, tam infeliciter hæc reddidisse, ut ejus se valde misereat pag. 29. Magnum Salmasii cura de Palatinis exemplaribus ab ipso signata in Solinianis pag. 694. Nec minus magnum anxia Freinsheimii lectio Curtianæque cum Arrianeis studiose comparantis industria & assiduitas.

Itaque ad hæc omnia sedulo, prout ferebat ætas, aggressus fui. In quibus ut crebro fatebar molliri quidem non nihil, quod morabatur simul progressum simulque claræ veri naturam & faciem vetabat aspicere; ita quantum supererat in ambiguo hærens, ad quod acies mea penetrare non poterat? Immo ut nunc licet fateri & cogor, quantum erat; in quo decipiebar credens fortasse intelligi a me, unde eram remotus longissime? adeo ut ne suspicari quidem possem, aliquid intelligentiam meam effugisse. Opinor tales non tunc modo, sed his duobus sæculis plures lectores habuit Arrianus; & ut ipso exemplo id patefiat, talem mihi proponit ipsa res Palmerium a Grentemesnil, cujus

A D L E C T O R E M.

notulas in hoc auctore quondam etiam rebar aliquid afferre commodi; sed Musarum fidem! quam minutum & vix ita appellandum, si consideres ea quæ nunc proferuntur, & inde exigas quam perditæ editus fuerit optimus Arrianus, ita ut quid qua mente scriberet, hinc ignoratum fuerit. Non sermonis Græci ingenuitas placere poterat, non relatio facti operosi absque scrupulo profligabatur, & nulla pars erat sana. Quid igitur in eo egistis viri egregii, ut post tantas operas etiam nobis deberet esse tam molestus & querelæ plenus, quia non intelligebamus, Arrianus? Navigavistis utique in cæca nocte sine specula & pharo, aut quum opinaremini in formosa & bene strata xysto vos spatari, inter caricem & stimulos sensu lapsi incessistis. Sed ecce, dum sic æstuo, anno sæculi præcedentis LXVIII proferri potuerunt, & vidit ea ætas, nova quædam auxilia, si sic fas appellare; & laboris continuati per annos complures in Zelandia & Frisia, etiam duobus codicibus MSS. instructi (quorum unus membranaceus ex grandioribus literis exaratus, ut audis pag. 169) sed præsertim diligentia indefatigabilis, jactatio exiit, me certe non inter postremos plaudente, cujus aviditas ad repetendum ita Arrianum ex continenti laceffita fuit sine dubio sperantis multa, quædam certe, egregia & utique melioris venæ; sed & in hoc omine statim falsum me deprehendi, traducente se Ulysse in lorica Achillis. Quum longa tractatione mihi essent cogniti loculi, in quibus aliquid bonæ notæ Arrianeum foret abditum, potui statim per singula fraudis vestigia apprehendere & concipere furtorum perpetuorum indecentiam meramque cercopis alicujus Ἀρριανὸς πελάς vafritiem. In qua parte ut non diu hæream, & ex uno specimine videas omnia, præfationi suæ Vulcanius adjunxit breviarium integra pagina conceptum; ubi collatio est Basileensis editionis cum Manuscripto, tum enumeratio locorum, quos ex conjectura videbatur emendavisse, numero circiter 140. Hæc in totidem notas illic mutata sunt, in quibus tamen nihil aliud dici videas, quam quod dixerat Vulcanius, quum interim reticeatur nomen ejus; quod merito exsecrabar, sic aliena & quidem nullius commodi, quippe notissima, huc esse, sed tali modo, immissa. Quid dicam de infinitis aliis, quæ justis auctoribus videbam ablata, non artificioso sed astuto silentio huc translatis? Unde quidquid istic est, debet utique apud illum, cui cor est, σκελετὸν. Charta profecto ipsa tantam pestem opinor deploravit & abominata fuit; & si in miseria etiam jocandi locus est, crediderim non calceos, ut rustici, non maxillas, ut iste liguritor apud Athenæum ex Diphilo Chærephon, sed manus, sed digitos, sed oculos clavis suffixos habere debuerat. Unde tamen sub dedicatione & ipsa furtivis cogitationum, quas Grotius & alia magna ingenia pepererant, spoliis consuta subrepentem facinorose in illum & studiorum præmia collata sunt, ut tam degeneris otii studia Professorius quoque decor exornaverit: quod eo minus mireris oportet, quia etiam animadvertas ab hominibus non satis cautis & furti ignaris aut similibus huic labro lactucis bona verba in eum effundi, non dubitante & Nesselio scribere quod nesciebat, & Crophio in Macedonicis aliquoties citare hunc hominem in negotio, quod ab alterius industria venerat.

Hanc ego causam esse quum deprehenderem Arriani, scriptoris quem nemo nosse potest, nisi etiam legere desideret; immo de quo judicia plurima hic illic exstantia nemo audire potest, quin, quicquid ejus superest, hilarissime recognoscere festinet, si quidem perverso genio natus non sit; quam, oro, viam sequi debui? An dedere me favori Daventriensium meorum & Viri studiis ac morum honestate tunc præstantissimi & bono illius urbis nati, nisi præpostera fuissent fata, Theophili Hogersii, ut præmature involutus & infasciatus simili titulo, quem modo dixi, verba etiam venderem de eo, quod defunctorie didiceram, aut potius non didiceram, nec vel spem discendi habere poteram, & sic præsepe frondibus qualitercunque instruens, in hac certe historici studii parte ubique præ ignorantia offenderem, idque uno pecuniæ alicujus annuæ studio, cujus solius contemplatione istæ appellationes ab nascentibus affectantur ita, ut in hoc judicio primas teneant? Certe etsi profectuum non pœniteret, etsi ad manum mihi esset, qui tenera ista principia mea fulcire & posset & vellet

A D L E C T O R E M.

vellet, nequivi ab animo meo satis accurate disceptante impetrare, ut vitæ meæ quantulumcunque duraturæ annos voluptatesque tantopere abjicerem & spretui haberem, ut vix parum bene intellectum à me obtineretur, aut hic illic in re non magni momenti carpenda obhærerem, quæ sunt hodiernorum librorum dotes, quam interrim notabilior omnino portio ut præclusa deploraretur. Et licet ego sciam multos fuisse eorum, qui titulum istum gesserunt, qui susque deque habuerunt, quid in Arriano ageretur; mihi tamen possessio hæc illustrationis Arrianeæ multorum istorum nominum & munerum instar fuit. Quod si causam quoque hanc Arriani ut decet, transferre etiam placet ad alios, quos certe examussim perdidicisse debuerant; quid habent illi homines ad ornamentum istius spartæ, ad quam adeo cæca velocitate decurrentes nihil postea nisi quædam diu cocta & crebro prolata auditoriis inferre, multo minus aliquam partem novâ luce patam illustrare valent. Monabat me Casanbonus epist. 40. Equidem sic semper judicavi, sic statui, qui ad hoc scribendi genus sine MSS. auxilio se applicant, parum caute, ne dicam, imprudenter facere; quod ipsum millies in bonis libris occini audias. Quod si non aliunde hæc, quam ex peregrinarum regionum instrumentis & elegantia peti possunt, quid aliud mihi optare vel proponere potui? quid est, quod sordidi hodierni sustinent effutire in libris per trivia legi solitis, nec multos annos peregrinationum per Italiam hoc vel istud perficere posse, quum profecto ubique judicent in tenebris, & sic veros unicofque proficiendi modos adhuc obturare & præscindere malevole conentur? Ego vero unum ad hæc omnia solatium respexi ex Italia, & vel ibi illud constituendum esse censui, vel nusquam. Fateor; ita domum deserui, & cum ea optimum patrem, non etiam denuo visurus, unde in variam fraudem, in errores multos parum profuturos, in damnosas impensas, conjectus fui. Sed nunc id ipsum animo tranquilliore commemorare queo, quia jam paulatim salvus appropinquo tempori, quidd reliquias meas ossibus illius rursus junget; & quia vexationum quarumcunque tædia mihi exorta satis uberi solatio fovit, pensavit ac refecit illa postmodum fortunatissima & non sine majoris favoris aspiratione deductio ad comitatem, doctrinam, juvandique, tum dexteritatem, tum ingenuam naturalemque & infinitam cupiditatem Viri Illustrissimi, & per verissima merita in libris nunc omnibus ac paginis decantati ANTONII MAGLIABECHII.

Hic deus ille, deus, cui non nostra ara quotannis
Bissenos fumare dies solet. Omnis ad illum
Hora, dies nexu votivo pertinet omnis.
Et quid ni? Nec enim nostris solatia Musis
Contigit ulla dari; quæ mollia prorsus abunde
Contigit inde dari; quorum lautissima quædam
Nunc placet ad Musas & publica commoda ferre.
Quod per Alexandri Magni decus aptaque Regi
Scripta, viri nomen tanti ac benefacta canantur,
Nec quisquam ignoret, merito cui gratia reddi
Debeat & cujus mactari nomen honore.

Hoc dico, etsi infesta & sterilis me jactatio pro ludo & joco diu habuerit, tamen non fuisse pigram, simulatque meam laborandi & veteram membranarum evolvendi cupidinem licuit indicare & asseverare promptissima humanissimaque benignitati incomparabilis hujus Viri; quippe cujus interventu quum statim pandi & aperiri contingeret bibliothecam Mediceam S. Laurentii, ego vero non desii repente irruere in Arrianos, quum se offerrent duo ejus exemplaria formæ circiter octuplicis, quarum priori erat addita declamatio Polemonis pro Cynægiro; tertium in forma maxima & charta ferica, cui alligata in calce erant aliqua Plutarchi & Diodori Siculi, cui mox accedebat quartum in Abbatia S. Petri Perusie etiam in charta, cui adnotatum erat ἐπεὶ αὐτὸν οἱ πλείονες ὀνόμαζον, ἔτι δ' αὖτ' ἀπὸ τοῦ Χρ. γνήσιος. Quod totum
ut

A D L E C T O R E M.

prout magno labore mihi constiterat, qui forsan non satis aequo compendio honoraretur, id tamen profecisse me lætabar, ut ita scirem, qualis ab vulgo olim lectus fuerit Arrianus; utque inde possem cum nostro rationem non paulo accuratiorem, quam licebat aliis, deducere. Sicut jam olim multa exemplaria Arriani hujus existisse testatur Eustathius in loco noto de scriptura vocis Πίργης vel Τίργης, ut agnoscat πολλά τ̃ παλαιὰ ἀντιγράφων, ita ne hæc quidem tempora bonam copiam ejurant, servato satis magno eorum numero; sed quam correcte, patet ex isto Πίργης, quod & ipse olim & alii nunc vident, adeo ut hinc quoque non potuerit imminis esse vel optimus codex. Sed qualia ista quatuor deprehenderam, talia mihi imaginabar fuisse & Palatina exemplaria apud Salmasium, & simile penes Glareanum; etiam talia vidit Vulcanius vel Constantinopolitanum vel Augustanum, nec alia duo adhibita dicuntur ad posteriorem editionem, universa scilicet ex eodem valetudinario progressa, & plura alibi obhærebunt, ut amant illa errare. Itaque non eram tanto opere aut illi tempori quod impensum erat infensus; aut infelicitate mea, per quam non videbar incidere in satis pretiosa operæ meæ oblectamenta, delassatus, quin iterare constituerem pensum idem, si daretur copia. Quando jam ad alia admotum, & quod tunc intelligebam intentum volumini, quo Origenis Philosophumena continebantur, advertit eidem alligata hæc ipsa scriptorum Arriani pars: in quo sicut Origeniana illa hætenus laudabat Holstenius, ut mereri lucem adscriberet; ita Arrianum segniter prætergressus, adeo ut nihil nisi nominare dignetur. Me tamen illa custodia Origenianorum commovebat ad bene existimandum de fide chirographi, quod plane unum idemque erat. Hoc enim quum rari exempli sedulitas in ista parte servasset, etiam in Arriano forsan exsuperavisse omnium diligentiam suspicabar. Accedebat, quod in eodem volumine exstat quoque Hieroclis Expositio in aureum carmen, quam idem Holstenius hoc elogio prosequebatur [„exemplar omnium quotquot vidi (vidi autem plura) longe correctissimum, ex quo editum exemplar quam plurimis locis insigniter emendavi:] Nec erat ejus expositionis chirographum diversum. Unde non potuit non in flammam exagitari promittitudo mea huic Arriano imminens, ne discederem ab hoc volumine, nisi etiam explorato hoc Arriani documento. Et quid multa? Statim eum ex ἀρχαῖς debui dicere & illi mihi gratulari: adeo longe aliter jam ipse Arrianum contemplabar, adeo longe aliter ipse me. Itaque brevi die obtinui, quod adspiciens non modo gaudere potui tot itineribus peractis, sed quod hos triginta vitæ meæ annos oblectamento incredibili reficere potuit; quum interim riderem adeo irritas Arriani lectiones & citationes, quas quotidie prodire cernebam. Quod si licet his addere, quod mente diu fovi, opinarer huic Mediceo codici simillimum fore aut illum quem vides in Cæsareæ Bibliothecæ Nesselii quinta parte & Historicos complexa, num. IV poni, quoniam & illic citatur ejusdem Ἰνδύη, ut suspicor, ex ipso Msto, quum non ita sit in editione N. B. quæ illi omnium optima & accuratissima est: aut illum qui ibidem num. LXXXIX. recensetur cum iisdem signis, ubi etiam tertius indicatur num. CXI. Unde & quando eos inspiciendi facultatem! Sed quod dicere inceperam, mi lector, ut & ipse tandem facere queas, quod modò ex me audivisti, & hac saltem in parte possint studia per pronum magis solum & molle & ut ita dicam elapidatum incedere, tulit animus te quoque vocare in consortium, quod spero quibusdam placitum, non omnibus; nec enim in speciem laboravi, & ea sunt tempora, ut oporteat habere quosdam ab hac voluptate exemptos quippe illaudatos, & quos conspuere melius est; & quid mea refert? Credesne tantum illic intercidisse verborum, ex quibus amissis manca profecto est historica narratio? credesne librarios scribas adeo plurimam partem fuisse vitiosos, ut nihil minus quam quæserint emendatum exemplar quod describerent? credesne ipsam Arriani manum, illam politissimo Græci sermonis usui adsuefactam, tanta face potuisse inquinari? Ita nempe habemus auctores Græcos; ita nobis causa est in urbibus nostris desiden-

* * di,

A D L E C T O R E M.

di, nostram vicem satis securos egregia esse, quæ vel possidemus vel legimus & unde tum explicantur multa, imo omnia illustrari creduntur: ita typographis indulgendum novas editiones affectantibus cum magna notarum mole, unde ipse auctor aut nihil aut parum adjuvatur, nisi in præfationum choragio. Ego certe domum reversus quam dulces Arrianeis his attendens soles condidi! quam gratalucubratione tenebras delibans dulci mox somno declinavi lumina! Gustum quidem statim a te non averti, ut quædam utique loca haberes integra, & scires quid foret Arrianus: sed cætera mihi reservans non quod projicerem ut ignota, sed ut longo usu exigerem, expolirem, & Alexandri illam κοσμοκατοικίην expeditionem penitus pernoscerem. Mirari enim non desino calamos veterum ita fuisse tritos in isto per arma conspicuo Pellæi juvenis transitu Asiæ minoris ac majoris, ut quo ordine ac summa rerum processerint ista arma, enarrarent, non etiam rite exsequentes, quid vel per singulas urbes vel regiones constituerit ac mutaverit, aut quæ ipsas mutatio incesse- rit blandiri novo regimini suo gestientes. Hinc non omisi perrepere omnes angulos & annotare, quid illa orbis conversio hic illic legeretur peculiare diversis locis intulisse, præsertim postquam & nummi tantopere adjuvarent per plurima loca Alexandrum monstrantes. Sed liceat illa servare mihi, & nunc vix quidquam dare, nisi quod ad Arrianum pertineat & ejus restitutionem, quæ maxime requirebatur, nec ultra decus augeatur libri mensura. Quod tamen forsitan sic quoque videbitur fieri, dum conor nonnulla meis quoque verbis approbare, quum suffecisset forsitan sola ponere, ut in multis feci, & ubique politiore Arriano in nova lectione, quam illa corrupta, quæ præcesserat. Itaque hæc pro tempore sit nobis conveniens megalographia; nec enim nunc vacat scribere digressiones. Sed & medio tempore fortunam constantem in fovendo quæ inceperat deprehendi, incidens in ipsum volumen, quo postea Bonaventura Vulcanius fuit usus. Non enim modo post editionem Stephani subodoratus fuit interpretationem multis locis nimium licenter discessisse ab Græcis, sed ipsam commoditatem Latini sermonis instaurandam esse, unde inductis plurimis ad marginem alia adscripsit, quæ supponi mallet; cuius ego mandatum non dubitavi exequi fideliter, ut inde scias petita esse, quæ nunc alia leges in Latinis, quam huc usque fuerunt lecta. Sed etiam vir ille doctissimus nactus exemplar hujus historiæ Augustanum, quod incipiebat ab verbis καὶ πλείονα ἐπὶ τῇ Φιλίππῳ δοθέντων, universum magno cum studio perspexit & varias lectiones in ora annotavit, quibus etiam idcirco me usum fuisse videbis. Verum ex eo didici, quod te quoque scire interest, Vulcanio non satis placuisse rationem Stephani, qua in ea editione usus fuit, dum nescio qua immodica laborum suorum jactantia ipse verbis Vulcanii præstantis interponit vel quorum innumeros errores cum in præclaro illo suo linguæ Græcæ Thesaurο detexisse comperissem, vel ut Henr. Stephanus interpretandum censet, vel quem ab Henr. Stephano accepi, Constantinopoli ad eum una cum quibusdam Aristotelis aliorumque Græcorum scriptorum libris missum, vel neque id religiosa Henr. Stephani diligentia permissura fuerit, quibus propterea præscripsit Vulcanius modò adjecta ab Henr. Stephano plane ἀπεγοδιώσασα, modò adjectum ab Henr. Stephano, modò adjecta me incio ab Henr. Stephano, modò adjecta ab Henr. Steph. impudenter. Ita peracto, quod meum fuit, vel cum Græcis τῇ Εὐγένειον Δία vel cum Latino Hercule Inventorem Patrem venerans, tibi precor, ut aliquando lacunam de Hephæstione, unam residuam in Arriano, aut reperiens hoc Alexandrinæ historiæ corpus ipse suppleas penitus, aut denique ab alio suppletum tractes; & eorum, quæ apposita vides, rationem velis habere, ut corrigas.

Pag. 15 vers. 3 procubiis lege procubiti. 42, 20 dele in terram. 43, 4 ἄλλοι lege ἄλλο. 210, 21 dele quidem.

269, 18 ante lege a me. 113, 7 pependunt, adde, quæ Cyrus imperavit. 323, 33 concedere lege condere.

In notis pag. 2 col. 1 vers. quarto a fine delenda mox pro ἰδοὺ optimus ἰδίδου. Pag. 111 col. 1 vers. 3 ex senatu adde: dato legatorum vel præfectorum nomine, prout proprie sic administrata Ægyptus, & ut notat auctor, ex equire. Pag. 313 col. 1. vers. 5 Πλατωναὺς lege Πλατῶνας.

APPIA.

ARRIANI DE EXPEDITIONE ALEXANDRI LIBER PRIMVS.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.



ΤΟΛΕΜΑΙΟΣ ὁ Λάγυς, καὶ
Α'ριστοβουλὸς ὁ Α'ριστοβούλου,
ὅσα μὲν ταῦτα ἄμφω περὶ Α'-
λεξάνδρου ὁ Φιλίππου ξυγγρα-
ψαν, ταῦτα ἐγὼ ὡς πάντη ἀ-
ληθῆ ἀναγράψω¹. ὅσα δὲ ἔτι ταῦτα, τέτων
τὰ πιστότερα ἐμοὶ φαινόμενα καὶ ἅμα ἀξιαφη-
νιότατα ὁπτιλέξαμην². ἄλλοι μὲν δὲ ἄλ-
λα

PRAEFATIO.



VAECVNQVE Ptolemæus La-
gi, & Aristobulus Aristobuli
filius, de Alexandro Philippi
filio consentientes inter se me-
morix prodiderunt, ea ipsa
tanquam verissima conscribo:
ex iis vero in quibus inter se dissentiunt,
quæ mihi fide pariter & narratione dignio-
ra videbuntur, selegi. Certe de Alexan-
dro

¹ Α'ρριανὸς ἱστορῶν ἀναβάσεως Α'λεξάνδρου βιβλίον πρῶτον] Hunc titulum à Venetis primo, mox Basileensibus ut-
que propagatum video, tantum appellatione Α'λεξάνδρου
statim subjuncta nomini scriptoris. Sed haud liquide
iidem affirmant eum ab Arriano sic conceptum esse,
quippe qui in sequentibus libris eundem non conservent,
sed hoc modo mutant Α'ρριανὸς Α'λεξάνδρου ἀναβάσεως ἱστο-
ρίαν δυοῖν usque ad ipsum finem; quod à Vulcanio pas-
sum deinde ita mutatum, ut huic primæ inscriptioni
responderent omnes sequentium librorum tituli, Am-
stelodamæza editio retinuit. Omnes haud dubio tantun-
dem de auctoris manu fuere solliciti. Certe verisimilius
edidissent Α'ρριανὸς λόγον ἀναβάσεως, ut ipse auctor in In-
dicis hoc opus vocat λόγον, & in ipso libro primo ξυγ-
γραφὴν. Equidem in auctore nostro citando variant scrip-
tores. Ab Eustathio ad Dionysii periegesin video cita-
ri Α'ρριανὸς περὶ Α'λεξάνδρου, cujus verba sic referuntur
in MS. Oxoniensi. Ἄλλοι δὲ καὶ τὴν ἀρχὴν μὲν τῆς προ-
φήσεως καὶ ἐκταῖς τοιαύτῃ γραφῇ παρὰ τὴν Ἰουλιανὴν καὶ παρὰ
τὴν Α'ρριανὴν δὲ ἐν τοῖς περὶ Α'λεξάνδρου. πολλὰ δὲ τὴν παλαιῶν
ἐπιγραφῶν ἔχουσιν ἔτι. Τῶν ποταμῶν τὴν Εὐφράτην καὶ τὴν
Πύργον οἱ τὴν μίσην σφῶν Α'ρριανὸν ἀπέχουσιν, ὅθεν καὶ Με-
σοποταμίαν πρὸς τὴν ἐπιχωρίαν καλεῖται, ὁ Πύργος πολὺ τι τα-
πεινότερος ἐστὶν Εὐφράτι, quod unice verum est & cum Ar-
riano conveniens. Sed Eustathius ex suo ingenio, nec
multum satagens, quæ vera hujus operis fuerit inscrip-
tio, ista allegavit: certe tam genuina est illa inscriptio,
quam ap'pellatio fluvii Πύργου per Π; quod licet sit, ut
ipse ait, et ἀπὸ τῆς παλαιῆς, nos in duobus modo

invenimus, non sane illis optimis, qualia & Eustathio
visâ suspicamur. Sed quum Stephano in voce Α'ρρι-
ανὸς citetur Α'ρριανὸς τετάρτη² ἀναβάσεως Α'λεξάνδρου; &
ab eodem in Χασμυρίῃ advocetur plane parili modo Σα-
φάειτος ἐν Κέρῃ ἀναβάσει; Erymologo etiam Ζενοφῶν ἐν
τῇ ἀναβάσει in voce Δύσπαρι; consultissimum mihi vi-
detur vocem ἱστορίαν relegare ad auctorem suum, præ-
sertim quum in plerisque atque adeo etiam optimo MS.
habeatur, Α'ρριανὸς ἀναβάσεως Α'λεξάνδρου βιβλίον πρῶτον,
quæ optime procedunt, & verissima esse judico, sic ut
nunc id sequutus sim. Nuspiam quoque mihi appa-
ruit vox προοίμιον, quam hic præfixerunt, quæ quan-
tis erroribus & corruptelis causam dederit, statim ap-
parebit.

² Ὡς πάντη ἀληθῆ ἀναγράψω] Satis supine, quasi hoc
proœmium ut vocant, ab Arriano conceptum fuisset
ante inchoatum hoc volumen, quum tamen absoluta
demum & finito adjectum fuisse aperte constet ex se-
quentibus, in quibus etiam præteriti temporis figurâ
utitur. Itaque etsi vulgatum illud in uno forsan aut
altero MS. codice & inde in editis omnibus hæreat,
præferendum tamen puto, quod & plures, & meliores,
ac in his optimis agnoscunt ἀναγράφω. Quid quod jam
Faciis olim interpretatus est *litteris mandavi*, & *delegi*?
& Vulcanius omnino excusari nequit, dum nunc *con-*
scribam & *selegam* inquit, inferius vero *commemoravi*.

³ Α'ξιαφηνιότατα ἐπιλέξαμην] Non temere sollici-
tandum hoc verbum, quo familiarissime uti hunc au-
ctorem novi, atque adeo alibi à nobis restitui. Va-

A rian-

λα ὑπὲρ Ἀλεξάνδρου ἀνέγραψαν, ἔδ' ἔστι
ὑπὲρ ὅτων πλείονες, ἢ ἀξυμφορότεροι ἐς ἀλ-
λήλους. Ἀλλ' ἐμοὶ Πτολεμαῖός τε καὶ Ἀεὶ-
βελῶπις πρῶτοι ἐδόξαν ἐς τὴν ἀφήγησιν ὁ
μὲν ὅτι συνεστράτευσε βασιλεῖ Ἀλεξάνδρῳ,
Ἀεὶβελῶπις. Πτολεμαῖός δ' ἐπὶ τῷ
ἐξυτραπεύσαι, ὅτι καὶ αὐτῷ βασιλεῖ ὄνειαρό-
τερον ἢ τῷ ἄλλῳ ψεύσασθαι ἰὺ. ἄμφω δ' ἐ-
πὶ τετελευτηκότῳ ἦδη Ἀλεξάνδρῳ ἐξηγε-
φασιν, ὅτε αὐτοῖς ἦτε ἀνάγκη καὶ ὁ μισθὸς ὅ-
τι ἄλλως ἢ, ἢ ὡς συνίχεσθαι, ἐξηγεῖσθαι, ἀπο-
ἰῶ. Ἐπὶ δ' ἐπὶ τῷ ἄλλων ἐξηγεῖσθαι
μὲν, ὅτι καὶ αὐτὰ ἀξιοφάνηται τῷ μὲν ἐδόξαν,
καὶ ὅτι πάντῃ ἀπίστα, ὡς λεγόμενα μόνον ὑπὲρ
Ἀλεξάνδρου, ἀνέγραψαν. ὅστις δ' ἐθαυμάσειεν
ἀνθ' ὅτι ὅτι τοσοῦτος ἐξηγεῖσθαι, καὶ ἐμοὶ
ὅτι νῦν ἦλθεν ἡ δὲ ἡ ἐξηγεῖσθαι, τῷ τε ἐκείνων
πάντα πῶς ἀναλεξάμενος, καὶ τοῖς δὲ τοῖς ἡ-
μετέροις ἐντυχόν, ἔγωγε θαυμάζω.

dro alii alia scripserunt: neque ullus est de
quo aut plures extent scriptores, aut magis
inter se dissidentes. Sed mihi Ptolemæus
& Aristobulus præ cæteris historicis fide di-
gni visi sunt: hic quidem, quod regi Ale-
xandro socius expeditionis fuerit; Ptole-
mæus autem, quia præterquam quod una
militarit, turpius in eo (quippe qui rex
etiam esset) mendacium quam in alio quo-
piam esset futurum: uterque, quod mortuo
jam tum Alexandro scribunt, quum neque
necessitas neque merces, qua adducti aliter
quidpiam atque accidisset scriberent, esset
proposita. Nonnulla etiam ab aliis conscri-
pta, quod & illa non indigna narratu judi-
carem, neque prorsus incredibilia, tanquam
de Alexandro sparsa tantum, commemora-
vi. Quisquis vero mirabitur, ecquid mihi
in mentem venerit, ut post tam multos scri-
ptores ipse etiam ad hanc historiam conscri-
bendam me conferrem, is, evolutis omni-
bus illorum scriptis, quum ad meorum le-
ctionem accesserit, tum demum miretur.

riantes tamen hoc loco MSSos invenio, partim ἀνα-
λεξάμενος, partim ἀπολεξάμενος, id quod habet etiam
optimus. Et sane cap. 10. pro his δὲ καὶ πρὸς ἐκ πα-
τρὸς Ἀθηναίων ἐκλεξάμενος, in optimo erat ἀπολεξάμενος,
cujus fides omnino debet prævalere.

4 Ἐπὶ δὲ καὶ πρὸς] In aliis legitur ἔστι δὲ καὶ ἄ. Hæc
sunt infultæ interjectiones. Longe rotundius simplicius-

que in MS. Opt. ἐπὶ καὶ.

5 Ἀξιοφάνηται τῷ μὲν ἰδεῖν] Omnes MSS. ἰδεῖν. De-
inde pro τοσοῦτος συγγραφεὺς præferbat optimus τοσού-
τος. Et sane τοσοῦτος Arriano non est tam multus, sed
tantus. Sic primo statim capite habes τοσούτος μᾶλλον
vii, 9. ἐς τοσοῦτος ἱταπύουσι. Et c. 12. τοσούτος φιλο-
σόφους.

ΚΕΦ. Α.

ΛΕΓΕΤΑΙ Δὲ Φίλιππον μὲν τελευτῆ-
σαι ὅτι ἀρχὸν Πυθοδήμου Ἀθηνῶν
παλαβόντα δὲ τὴν βασιλείαν Ἀλεξάνδρῳ,
παῖδα ὄντα Φίλιππον, ἐς Πελοπόννησον παρ-
ελθεῖν· εἶναι δὲ τότε ἀμφὶ τὰ εἴκοσιν ἔτη Ἀ-
λεξάνδρου. ὅταντα ξυμβαλόντα τῆς Εὐ-
λίας

CAP. I

PHILIPPVM ferunt mortem obiisse archon-
te Pythodemo Athenis: Alexandrum au-
tem ejus filium, accepto regno in Pelopon-
nesum profectum, viginti circiter tunc tem-
poris annos natum. Ibi, coacta Græcorum
quot-

1 Λέγεται δὲ Φίλιππος μὲν τελευτῆσαι] Occurrit sane
hæc constructio lib. vii. cap. 5. Λέγεται δὲ γινώσκειν ἢ
δοῖν αὐτὴν τῇ στρατιᾷ, ἐς τὰ λείοντα διακρίνει. Sed illa adeo
nequit hic tolerari, ut certe sit indignissima in ipso pri-
mo clivi ascensu offensio. Et procul fide omni. Quod
enim hujus principii exemplum? & cui elegantiz ista
adversativa? maxime quum omnino appareat præceden-
tes periodos demum ab Arriano annexas fuisse post abso-
lutum hujus historiz corpus, ut hæc sint prima verba,
quæ Arrianus scripserit: quæ quis ab ista particula in-
choabit? Hinc, opinor, inductus Isaac Casaubonus
in principio notarum ad Suetonium verba hæc Arriani
citat omissa vocula, dicens librorum Arriani princi-
pium esse λέγεται Φίλιππος τελευτῆσαι &c. In qua cita-
tione nos deprehendimus duo esse aliena ab calamo Ar-
riani & te confirmaturum, lector, mihi persuadeo.
Primum audaciz nimis est, expungere particu-
lam, quæ in omnibus omnino antiquis codicibus Ca-
saubono occurrit, & aliis, ut & mihi, præterquam in
optimo, ex quo solo ocus rescribere λέγεται δὲ, verissi-
ma correctione. Præterea idem iste omisso illo μὲν ha-
bet Φίλιππος τελευτῆσαι, quomodo scripsisse Arrianum
indubitato argumento sunt sequentia, in quibus eun-
dem casum quartum continuare pergit, παραλαβόντα
Ἀλεξάνδρου, quum potuisset, ac debuisset alioquin πα-

ραλαβόντα Ἀλεξάνδρου; & id debuit advertere tam Casa-
bonum, quam editores in vetere elegantia non inspi-
dos. Quippe hac scribendi consuetudine utitur auctor;
ut hujus libri cap. 13. Ἀρχὸν δὲ λέγεται εἶπαι ἐν τῷ
συλλόγῳ, quum posset Ἀριστοῦ. Quin etiam lib. vii,
13. ἐν ταύτῃ τῇ ὁδῷ καὶ τὸ πῆδος λέγεται ἰδεῖν Ἀλεξάνδρου.
MS. optimus cum alio tam illic exhibebat Ἀλεξάνδρου,
quam statim post τότε δὲ Ἀλεξάνδρου ἐπὶ πολὺ πλείονας.
Nec sane sic noster modo, sed & alii eruditiores. Dio-
nysius Halic. i, 59. συμπλεῖσαι δ' αὐτῇ τοῖς Τρωσὶ λέγι-
ται &c. Ælianus iii. Var. hist. 19. λέγεται τὴν διαφο-
ραν Ἀριστοῦ πρὸς Πλάτωνα γινώσκειν. Immo sic quo-
que Latini. Mela iii, 10. insule, quas Hesperidas te-
nuisse memoratur. Et ex poetis Ovidius iv. Fast. 507.
Dicitur hoc Celei vixisse senis. Sic quoque igitur
Pomponius in tit. de origine juris: Romulum traditur
populum divisisse. Nam quæ affert illic Rupertus, sunt
aliena. Certe, viri docti, si Xenophontus est Arria-
nus, pariamini oro eum quoque Xenophontis more lo-
qui qui libro i. Κόρυς παῖδ. Καὶ τὸ Κόρυς δὲ ὅταντα λέ-
γεται εἶπαι. Mox pro ἰδεῖν optimus ἰδεῖν. Quam
vero castigatior nuperus hoc loco notat ἀκυρίαν consan-
guinitatis in Attalo, eam omnem, si inspexeris Freins-
hemiana ad Curtium vi, 9, 17. plane inventes, & quod
de vocabulo θῆος dicit, & unde illud ἀδελφίδης.

λίνας ὅσοι ὄντες Πελοποννήσῃ ἦσαν, αὐτεῖν
παρ' αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν² δ' ὅτι τὴν Πέ-
σας φραγῆς, ἥντινα Φιλίππῳ ἤδη ἔδωσαν· καὶ
αὐτήσαντα λαβεῖν παρ' ἐκείνων, πλεῖν Λα-
κεδαιμονίων· Λακεδαιμονίους δὲ ἀποκρίνασθαι,
μὴ εἶναι σφίσι πάτεροι, ἀκολουθεῖν ἄλλοις,
ἀλλ' αὐτὴς ἄλλῃ ἐξηγεῖσθαι. Νεωτέρους δὲ
ἅπαν καὶ τῇ Ἀθηναιῶν τὴν πόλιν· ἀλλὰ Ἀθη-
ναίους γε τῇ πρώτῃ ἐφόδῳ τῇ Ἀλεξάνδρου³
ἐκπλαγέντας, καὶ πλείονα ἐκ τῇ Φιλίππῳ
δοθέντων, Ἀλεξάνδρῳ εἰς πλεῖν ζυγῶσαι.
Ἐπαελθόντα δὲ εἰς Μακεδονίαν, ἐν τῇ Ἰλλυρίᾳ
εἶναι δ' εἰς τὴν Ἀσίαν εὐλοῦν⁴· ἅμα δὲ τὰς ἡμέ-
ρας ἐλαύνειν ὅτι Θράκης, εἰς Τριβαλλῶν καὶ Ἰλ-
λυριῶν, ὅτι τε νεωτερίζειν ἐπύθετο Ἰλλυριῶν
τε καὶ Τριβαλλῶν, καὶ ἅμα ὁμόρως ὄντας
ὅσα ἔδοξε ὑπολείπεσθαι, ὅτι μὴ πάντη τα-
πεινωθέντας⁵, ἔτι μακρὰν ἀπὸ τῆς οἰκίας τε-
λόμενοι⁷. ὁρμηθέντα δὲ ἐξ Ἀμφιπόλεως
ἐμβα-

quotquot in Peloponneso erant, concilio,
petiisse ab iis, uti imperator militiæ adver-
sus Persas crearetur: quod quidem Philip-
po antea concesserant. Id à singulis impe-
tratum, exceptis Lacedæmoniiis: à quibus
responsum fuisse, Lacedæmonios eam con-
suetudinem à majoribus non accepisse, ut
aliis parerent, sed ipsi aliis præessent. A-
thenas vero novi etiam aliquid fuisse molit-
as: sed Athenienses primo statim Alexan-
dri adventu perculsos, plus etiam, quam
Philippo, Alexandro honoris detulisse. De-
inde, in Macedoniam reversum, exercitum
quem in Asiam duceret apparasse. Incun-
te autem vere statuisse in Thraciam, item in
Triballos & Illyrios excurrere, quos & novis
rebus studere acceperat, & quia finitimi
erant nonnisi plane domitos relinquendos
putabat, quum adco longinquam atque re-
motam à domo expeditionem fusciperet.
Arrepto itaque ex Amphipoli itinere, irru-
pisse

2 Αὐτεῖν παρ' αὐτῶν τὴν ἡγεμονίαν] Sic 11, 14. βασιλεὺς
παρὰ βασιλείῳς γινώσκῃ αὐτοῖς. Sed alibi mavult particu-
lam ἱεῖ adhibere, lib. vi. cap. 15. ὅτι τι ἡγεμονίᾳ ἡ Ἀλε-
ξάνδρου. Plane eadem variandi indole, qua 1, 18. ma-
vult scribere ἀπαξίως τις παθὴν πρὸς αὐτὸν ἀχαρῇ, quum
11, 14. scripserit εὖν ἐν Περσῶν ἀχαρῇ παθῶν. Et libro
vii. cap. 24. εὖν πείσῃ ἐκ ἡμῶν ἀχαρῇ. Alii Græci
simpliciter dixissent αὐτῶν αὐτὸς ἡγεμονίαν, quam syn-
taxin illis placuisse docet eruditus ille P. Leopardus lib.
11. Emend. cap. 13. Ergo & ipse Polybius dixit οἱ
Δάριοι ἡγεμόνες ὅσα τῶν Ἀχαιῶν, quod illustravit Henr.
Valefius in notis postumis ad Hæroclationem pag. 178.
Quī poruit igitur fieri, ut vir tantæ doctrinæ, quam
nos & coram in ipso fuimus admirati non minus quam
nunc in scriptis ejus, potuerit notare ad Excerpta Pei-
,, resc. pag. 753? Sequens acroteleution forte sic conci-
piendum est, οἱ δὲ τὰς αὐτῶν Σιθῶν, ut sensus sit, *Am-
,, bo Severi pater & filius à te pœnas exposcunt*. Verum
,, id non satisfacit, dicendum enim fuisset παρὰ σὺ, non
σὺ. Quum tamen in ipso illo sensu toties id usurpari
eximius ille Leopardus demonstrat. Etiam recte mox
in solo opt. ἔδοξε, id enim requiritur.

3 Τῇ πρώτῃ ἐφόδῳ τῇ Ἀλεξάνδρου] MS. Opt. τῇ Ἀλε-
ξάνδρου.

4 Τὸ εἰς τὴν Ἀσίαν εὐλοῦν] Parum satisfacit Vulcanius,
excusatum quem in Asiam duceret. Plenius Faciana, *uti
in Asiaticum bellum apparatus moliretur*. Debuerant
expeditionem in Asiam. Id patet ex voce εὐλοῦμεν, οἱ
qua paulo post utitur, & clarissime cap. 2. πυνθανόμε-
νος τῇ Ἀλεξάνδρου τῇ εὐλοῦν. Cap. 10. σπουδὴ τῇ εἰς τὴν Ἀσίαν
εὐλοῦν, ubi ipse Vulcanius, *studio trajiciendi in Asiam*.
Lib. 11, cap. 17. οἱ εἰς Αἰγύπτου εὐλοῦν ὑμῶν ἡμῶν γινώσκῃ,
ubi idem *expeditio in Egyptum*.

5 Ἐλαύνειν ἐπὶ Θράκης, εἰς Τριβαλλῶν καὶ Ἰλλυριῶν.] Sic
primi distinguunt Basilenses, quum Veneti omne id
ignorarent. Vulcanius *per Thraciam in Triballos & Il-
lyrios excurrere*. Facius *per Thracas iter faciens Tribal-
lus atque Illyrios petere*. Quam Geographiam ego non
capio. Ut Rex Macedoniæ bello petiturus Triballos
& Illyrios, debeat per Thraciam proficisci? Enimvero
nimia deliratio: nec ea mens Arriani, qui tres distin-
ctas expeditiones hic innuit. Nec magis mirari debui-
mus, quod quum primo dicat ἐπὶ, postea usurpet vo-
culam εἰς, quam quod primo nomen regionis illi pla-
cuerit, at postea appellationes populorum. Itaque quod
has tres destinationes diversa scribendi ratione expref-
serit, haud dubie solite sibi suavitatis causa, id non

excusat interpretes & lectores, ut male intelligerent, &
Thraciam collocarent inter Triballos ac Macedonas,
nedum inter hos & Illyrios. Verè, *excurrere in Thra-
ciam, contraque Triballos & Illyrios*. Et ordine tria
hæc bella deinceps sequuntur. Sane hic genius Arriani
apparet quoque lib. iv. cap. 15. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῇ Ὄξῃ τε
ποταμῷ καὶ αὐτοῖς, καὶ εἰς τὴν Σαγγάριον χώραν προχωρῶν ἐγγί-
κει. MS. Opt. etiam ὅτι νεωτερίζει sine copula τε.

6 Οὐκ ἰδοὺν ὑπολείπεσθαι ὅτι μὴ πάντα ταπεινωθέντας.]
Quam fidem ad conservandam Vulcanio famam, aut
in Græca lingua peritiam attulerit ultimus editor, hic
primum locus documento est. Nam quum præter re-
ceptam in contextum versionem, *quia finitimi erant,
neque satis adhuc domiti, minime negligendos putabat*,
quæ longe est infuissima, apposuisse Vulcanius mar-
gini, & *quod nisi omnino domitos relinquendos non pu-
tabat*, ille hanc omisit, quum sit necessaria, & unice
Græcas voces exprimat. Itaque maluit cum Freinshe-
mio, qui ad Curtium 111. 1. 19. perperam vertit, *non-
dum perdomitos à tergo relinquendos*, vitiose transcur-
rere, quam Vulcanii *δύοις πλεον* considerare. Rece-
ptæ versioni ne una quidem vox in Græcis responderet,
vel applicari potest. Particulas illas ὅτι μὴ pro *nisi* amat
Arrianus, nec pro alio queunt poni. Sic hoc lib. cap.
17. διέφυγε μὴ εὐλοῦν, ὅτι μὴ διελθεῖ τις ἐν τοῖς περὶ
Et cap. 27. ἐπὶ δὲ ταύτῃ ἡ ὁδὸς ἐκ-ἀλλας, ὅτι μὴ τῶν
ἀπ' ἀρκύς αἰέμασι πνέοντες, *nisi ventis à septentrione flan-
tibz*. 11. 2. ἀπορὸν ἄλλως ἰδοὺν, ὅτι μὴ προχωρήσαντας
τοὺς Πέρσας, σάξιν. Ubi recte interpretes, *nisi se ad
Persarum voluntatem aggregarent*. Nisi quod dicere so-
let Suetonius. Græcarum etiam particularum vim sa-
tis folide percepit Vulcanius, ut inprimis apparet ex
postrema versionis ejus correctione, *nonnisi plane domi-
tos relinquendos*; quod placuit, adscivimus. Cæterum
vox *domare* tantæ est efficaciz, uti ei Græcum ταπει-
νῶν vix queat respondere: neque Alexander unquam
poterit dici *domuisse*, sive *perdomuisse* Thracas, sed opti-
me *ταπεινωμένους*, quod est depressisse, imminuisse,
& infirmos reddidisse, ut insultare absentiz suæ nequi-
rent. Sic cap. ix. Atheniensium civitas τῇ ἐπὶ τῇ αἰ-
χῇ εἰς ταπεινότητα ἀφικομένη, ubi uterque simpliciter *im-
minutum imperium*. Sic lib. vii. cap. 9. in Alexandri
oratione, Philippus τὸ φωνῶν ἔθος ταπεινώσεις, ubi du-
rissime interpretatur *afflicta*, & mox Ἀθηναίους τε καὶ Θη-
βαίους ἐφιδριοντάς αὐτὸν τῇ Μακεδονίᾳ εἰς τοσόνδε ἐταπεινώσαν,
sic *accidit eorum vires*.

7 Οὕτω μακρὰν ἀπὸ τῆς οἰκίας ἐλλόμενοι] Ita sine va-
rietate

ἀμα μὲν χάρακι ἐχρῶντο ταῖς ἀμάξαις, εἰς τὸ σπομάχεσθαι ἀπ' αὐτῶν, εἰ βιάζοντο ἄμα δὲ ἐν τῷ εἶχον ἐπαφίεναι ἀνιούσιν, ἢ σποτομάχεται τῷ ὄρει, ἐπὶ τῷ Φάλαγγι τῷ Μακεδόνων ταῖς ἀμάξαις. Γνώμην δὲ πεποίητο, ὅτι ὅσα πυκνότερα τῇ Φάλαγγι¹² καταφερόμεναι συμμίζουσιν αἱ ἀμάξαι, τοσούτοις μᾶλλον ἢ ἀσπεκιδάουσιν αὐτῷ βία ἐμπεσοῦσαι. Ἀλέξανδρῳ δὲ βολὴ γίνεται, ὅπως ἀσφαλέςτατα ὑποβάλλῃ τὸ ὄρεον, ἢ ἐπειδὴ ἐδόκει ἀσχυρὸν διωθεῖν (ἐν δὲ εἶναι ἄλλῃ τῷ παράδοξον) ὡς γὰρ γέλλῃ τοῖς ὀπλίταις, ὅπως καταφέροντο καὶ τὸ ὄρεον αἱ ἀμάξαι, ὅσοις μὲν ὁδὸς πλατεία ἔστα παρέχον λύσαι τῷ τάξει, τοῦτους δὲ ἀσχυρῶσαι, ὡς δὲ αὐτῶν ἐμπεσεῖν ταῖς ἀμάξαις· ὅσοι δὲ περικαταλαμβάνοντο, ξυμνέουσιν τὰς δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐς γῆν¹³, συκλεῖσαι ἐς ἀκείβεις ταῖς ἀσπίδας, καὶ αὐτῶν φερομένης ταῖς ἀμάξαις, καὶ τῇ ῥύμῃ καὶ τὸ εἶκος ὑποπιδώσας¹⁴, ἀβλαβῶς ἐπελθεῖν. καὶ ἔτι ξυνέβη, ὅπως παρήνεσέ τε Ἀλέξανδρον, καὶ εἰχασεν. οἱ μὲν γὰρ διέχον τῷ Φάλαγγι, αἱ δὲ ὑποτῇ ἀσπίδων ὀπισθοχωροῦσαι ὀλίγα ἐβλάψαν· ἀπέθανε δὲ ἑκάς ὑπὸ ταῖς ἀμάξαις¹⁵. Ἐνθα δὲ οἱ Μακεδόνες θαρσύναντες, ὅτι ἀβλαβεῖς αὐτοῖς αἱ μάλιστα ἐδεδίεσαν αἱ ἀμάξαι ἐγένοντο, οὐκ ἔτι ἐπὶ τῷ Θράκῃ ἐνέβαλον¹⁶. Ἀλέξανδρον δὲ τοὺς τοξότας μὲν σποτῶν δεξιῷ κέρως, πρὸς τὴν ἄλλαν Φάλαγγιν, ὅτι ταύτην ἐπὶ πρότερον ἦν, ἐλθεῖν ἐκέλευσε, καὶ ἐκποξέειν ἐς τοὺς Θράκας, ὅτι πρὸς φέροντο· αὐτοὺς δὲ ἀναλαβὼν τὸ ἄγγμα, καὶ τοὺς ὑπααισῆς, καὶ τοὺς Ἀγριάνας, καὶ τὸ

εὐά-

12 Ὅσα πυκνότερα τῇ Φάλαγγι. Quæ hæc sit ratiocinatio, parum liquet, certe mihi. Si enim aliquid pondus superne dejiciatur ad densam aciem, quæ montem adscendit, turbandam ac rejiciendam, id quidem intelligo in vacuum utique non casurum; sed adeo non protinus illam dissipabit, ut contra, quanto erit ista confertior, tanto facilius exceptura sit ac sustentatura id quod immittitur, densitateque & frequentia ordinum se in gradu tueri valida futura. Etsi enim priores turbentur, restituet rem multitudo posteriorum simul ita convulsentium, ut perumpi omnia non possint. Plane contrarium ei, quod hic ab Arriano ex Thracum opinione statuitur; nisi quod hæcenus id concedi potest, quod barbari & inconditi & inconsulti sic temere cogitent: si tamen modo vel id verbum Arriani est, vel id consilium his ab Arriano adscriptum fuit, de quo vehementer dubito. Certe in Perusino erat *πυκνότερα*, quasi obliquam aciem vocet, quæ non per clivum planum recta incedat, sed per præcipitia & ductos huc illuc tramites adscendat. Vulcanius adscripsit veterem codicem habere *πυκνότερα*, quasi adverbium esset, ac de curribus ipsis dictum vellet, *quanto densiores injicerentur in phalangem*. Verum ablanditur quod vetustum est, quodque in duobus aliis offendi *πυκνότερα*, hoc est, quanto pronioribus & velut incumben-
tibus in adscensione militibus plaustra immittantur.

Huc alludunt illa ἢ ἀποτομάχεται τῷ ὄρει, & quæ sequitur, ῥύμη. Nec enim dubium est, quin tanto periculosiores sint futuri desuper immissi currus; quanto arrectior erat clivus, & quanto propterea flexiore in anteriora corpore cogeantur eniti. Egregie huc quadrat, quæ de significatione verbi *incumbere* notavit Pater ad Senecam III de ira. Sane quamvis hi barbari sint, tamen assueto pugnandi modo satis callentes.

13 *Συμνέουσιν τὰς δὲ καὶ πρὸς τὰς ἐς γῆν*. Facius: *Corpora humi sternant*. Vulcanius, *ii reclinati atque in humum flexi*. O squallidæ versiones! Longe amplius perfectiusque sonant Græca: *ii conferti*, constipati, sibi invicem adpliciti, & in humum demissi. Utrumque in testudine inprimis necessarium.

14 *ὑποπιδώσας*. In uno ὑποπιδώσας.

15 *Ἀπέθανε δὲ ἑκάς ἐπὶ ταῖς ἀμάξαις*. Unde hanc lectionem duxerint editores, videant: certe in nullo prorsus antiquo libro eam legi, qui omnes concorditer habent ὑπὸ ταῖς ἀμάξαις, quomodo rescribendum.

16 *Ἐπὶ τῷ Θράκῃ ἐνέβαλον*. MSSi ἐς τὴν, & cur mutatum oportuit? Nonne cap. 2. legitur *ἦτις Φάλαγγις ἐνέβαλον ἐς αὐτὸς*, & sic milles. Et hoc autem & præcedens observatum etiam Vulcanio ex codice Augustano.

εὐώνυμον ἦγεν. Ἐνθα δὲ οἱ τοξόται βάλλοντες
τοὺς περὶ θεοῦ τῆς Θρακῶν, ἀνέτελλον· καὶ
ἡ φάλαγξ περισμίξασα, ὁ χαλεπῶς ἐξέω-
σεν ἐν τῇ χώρᾳ ἀνθρώπους φίλους, καὶ κα-
κῶς ὠπλισμένους¹⁷ βαρβάρους· ὥστε Ἀλέξαν-
δρον ἀπὸ τῆς εὐωνύμου¹⁸ ἐπάγοντα ἐκέπι ἐδέξαν-
το, ἀλλὰ ῥέψαντες ὡς ἐκαστοὶς πρὸς ἑαυτὸν τὰ
ὄπλα¹⁹, καὶ τῶν ὅρων ἐφυγον. Καὶ ἀπέ-
θανον πρὸ αὐτῶν ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους,
ζῶντες δὲ ἄνδρες μὲν ὀλίγοι ἐλήφθησαν, δι'
ὠκυτότητα, καὶ τῇ χώρᾳ ἐμπειρίαν· γυναι-
κες δὲ ὅσαι ζυμειποντο αὐτοῖς, ἐάλωσαν
πάντας· καὶ τὰ παιδάκια, καὶ ἡ λεία πα-
σα ἐάλω. Ἀλέξανδρος δὲ τὴν μὲν λείαν ὀπί-
σω ἀπέπεμψεν ἐς τὰς πόλεις τὰς ἐπὶ θα-
λάσῃ, Λυσανίαν καὶ Φιλότητα· τῶν δὲ ἀφ' ἑ-
σθέρᾳ· αὐτὸς δὲ τὸ ἄκρον τῶν Τριβαλλῶν,
περὶ τῆς Αἴμου ἐς Τριβαλλὰς, καὶ ἀ-
φικνεῖται ἐπὶ τῇ Λύγων ποταμῶν²⁰. ἀπέχεται
δὲ ἑπτὰ ἡμέρας ἀπὸ τῆς Ἰστρίας, ὡς ἐπὶ τῇ Αἴμον ἰόντι²¹,
καθμὲν πρὸς αὐτὴν. Σύρμος δὲ ὁ τῶν Τριβαλλῶν
βασιλεὺς, ἐκ πολλῶν πωθανόντων ὅσους Ἀ-
λέξανδρος τὸν πόλεον, γυναικῶν μὲν καὶ παίδων τῶν
Τριβαλλῶν περὶ τῆς Ἰστρίας, ἀφ' ἑσθέρᾳ
καλεῖται· Πεύκη ὄνομα τῇ νήσῳ ἐστίν· ἐς
ταύτην δὲ τὴν νήσον καὶ οἱ Θρακοὶ οἱ περὶ
χωροὶ τοῖς Τριβαλλοῖς, περὶ τῆς Ἰστρίας Ἀλέξανδρον, ἐκ πολλῶν συμπεφθόγες²² ἦσαν.

Καὶ

17 Ἀνθρώπους φίλους καὶ κακῶς ὠπλισμένους] Vulcanius :
exiles homines maleque armatos, & secundæ editioni in-
tentius correxit exilis stature hom. Neutrum nobis pla-
cuit. An igitur nobilis illa Thracum ferocia in tam ex-
ilibus corporibus habitavit? Quanto rectius in supple-
mentis Curtianis Freinshemius, hostem nudum ac levi-
ter armatum. Id enim notat hoc loco φίλος, ut φίλος
ἄρ, φίλοι τόποι, in quibus nulli frutices, omnia æ-
quata. Nonnulli etiam MSSi ὠψηλοι, sed melius vul-
gatum. Etymologus in voce ψωμός. φίλος στρατιώτης,
ὁ ἄσπλος καὶ γυμνός.

18 Ἀπὸ τῆς εὐωνύμου] MS. Opt. ἐκ τῆς εὐων. Durius
autem hæc ab Vulcanio in Latinum versa sunt *sustinere*
non possent ἐκείνι ἐδέξαντο.

19 ῥέψαντες ὡς ἐκαστοὶς πρὸς ἑαυτὸν τὰ ὄπλα] *Abjektivis*
prout cuique licebat armis, in qua oratione nescio quid
fastidii est. Quando enim aut quomodo non licet un-
quam abicere arma? Certe qui nec sacramenti milita-
ris nec vitæ aut honoris sui curam habet, ei super id
licet. Sed & in MSS. invenio aut *προχωροῖ*, aut *προ-
χωρεῖ*, aut *προχωρεῖ*, quod habet quoque optimus. Un-
de puto scribendum *προσχωροῖ*, hoc est, *abjicientes*,
prout quibusque accedebat, arma. Et vide infra quæ de
hac confusione. Sequentia etiam sic possent distingui
ac verti ῥέψαντες ὡς ἐκ. π. τὰ ὄπλα κατὰ τὴν ὁρὴν, ἐφυγον.
Abjektivis de vel in monte armis, *fugiebant*. Vide ad
IV, 22.

20 Λύγων ποταμῶν] Sic habent MSS. omnes, quos
adhuc, nisi quod in uno tantum offendi Λύγων,
quam appellationem nescio unde in posteriore Latina
versione retentam, video quidem ab Vulcanio adnota-
tam esse, non tamen correctam. In tanto autem con-
sensu librorum veterum nefas est aliquid secus suspi-
cari. Ortellius quidem quum Ciadrum scripsisset Daciæ
fluvium, subjicit, *Foris Lyginus Λύγωνος* Arriano dici-

lævum cornu duxit. Sagittarii, prout qui-
que Thracum profiliebant, sagittis ferientes
reprimunt. Tum phalanx immissa, par-
vo negotio nudos homines; maleque ar-
matos barbaros loco movit: ita ut Alexan-
drom à læva irruentem sustinere non pos-
sent, sed abjectis prout cuique licebat ar-
mis per montem diffugerent. Cæsi ex iis
mille circiter & quingenti. Virorum pau-
ci in potestatem vivi venerunt, pedum ce-
leritate & loci notitia elapsi: fœminæ quot-
quot eos sectabantur, omnes captæ: pue-
ri etiam & præda omnis abducta. Ac præ-
dam quidem Alexander eo unde venerat
in maritimas urbes remisit, Lysaniæ &
Philotæ ejus administrandæ negotio dato:
ipse autem superato vertice per Æmum in
Triballos contendit, & ad Lyginum flu-
men (distat id ab Istro, si quis Æmum
petat, itinere tridui) pervenit. Syr-
mus autem Triballoorum rex, cognita mul-
to ante Alexandri expeditione, fœminas
& pueros Triballoorum in Istrum ablega-
rat, jussitque, ut transmissio flumine in
quandam Istri insulam, cui Peuce nomen
est, sese reciperent. In quam etiam insu-
lam Thracæ illis finitimi imminente Ale-
xandro jam pridem profugerant: quin etiam
Syr-

1. *Alexandri*. Sed neque hic de Dacia agimus, sed
regione inter Danubium & Æmum: neque quum Cia-
drus in Danubium exeat, potest is absolute dici tridui
itinere ab eo abesse. Et quanquam Cedrus apud Dio-
nem lib. 11 huic narrationi pulchre conveniat, tamen
non opinamur eosdem esse, sed alium illum, alium
Arriani Lyginum. Quod si tabulam Daciæ Mæsia-
rumque ab Ortelio concinnatam inspicias, mire vide-
bis huc convenire Pingum fluvium, quem in Thesau-
ro ex Plinio recenset Dardanorum in Mæsia fluvium,
etiam ipsa voce accedente ad Arrianum.

21 ὡς ἐπὶ τῇ Αἴμον ἰόντι] Mirificos lectores & inter-
pretes sortitus est Arrianus, ex quibus Facius, *quod*
tridui itinere per Æmum iter facientibus ab Istro abest.
Vulcanius, *si quis Æmo transeat*. Papæ! an istæ vo-
ces id exprimunt? Quid refert, si aut Æmo quis trans-
eat aut per Æmum iter faciat, quum nihil sit Lyginus
& Æmo? Imo Arrianus vult, *Æmum versus profi-
ciēti*. Ratio loquendi & ista tertii casus usurpatio
clara ex iis, quæ notavit pater ad Livium 1, 8.

22 Ἐκ πολλῶν συμπεφθόγες] Plenus vibicum hic lo-
cus. Et quanto fodes tempore hi Thracæ illuc confu-
gerant ante Alexandri adventum? quum Arrianus cla-
re testetur de solo Syrmo enim præcivisse adventum
Alexandri. Quod primum est, duas illas priores vo-
culas ex præcedentibus quidam insulse repetiit; quas
ego rursus induco & voluntate optimi codicis rejicio.
Major nodus illigatus est sequentibus. Τὸ δὲ πολὺ πλῆ-
θος τῶν Τριβαλλῶν ἐφυγον ὀπίσω ἐπὶ τῇ ποταμῶν ἐς νήσον τῇ
ἐν τῇ Ἰστρίᾳ. Etenim si pugna quam commisit Alexan-
der contra illos πολλὰς τῶν Τριβαλλῶν, facta est ad Istrum;
(quod fieri debuit, si & illi, & ipse Syrmus cum suis
eo confugerunt, ut plane hoc loco affirmatur) quomo-
do post finitam eam potuit Arrianus dicere deinde eum
τῇ νήσῳ ἀφικνεῖσθαι ἐπὶ τῇ Ἰστρίᾳ, qui ad illum ipsum con-
fixe-

Καὶ αὐτὸς ὁ Σύρμος ἐς ταύτην συμπεφύ-
γη ξυὺ τοῖς ἀμφ' αὐτόν. Τὸ δὲ πολὺ πλῆ-
θος τῶν Τριβαλλῶν ἐφυγεν ὀπίσω ὅτι τὸ πο-
ταμὸν, ἐς ἣσόν ἦν αὐτῶν τὸ ἴστρον, εἶδεν
περὶ τῇ προτεραιᾷ ὁρμήθῃ Ἀλέξανδρον.
Ὡς δὲ ἔμαθεν αὐτῶν πλὴν ὁρμῆς, καὶ αὐτὸς
ὑποσφάλας τὸ ἔμπαινον, ὅτι τοὺς Τριβαλ-
λῆς ἦγε, καὶ καταλυμβάνει κατατραποπε-
δεύοντας ἡδὺν καὶ οἱ μὲν καταλειφθέντες²³ πρὸς
τῶν ἰστροῦ τῶν ποταμῶν, παρέτασσον-
το. Ἀλέξανδρος δὲ καὶ αὐτὸς πλὴν μὲν Φάλαγ-
γας ἐς βαλὺν ἐκτάξας ἐπῆγε· τοὺς δὲ τοξό-
τας καὶ τοὺς σφενδονήτας παρεκθρόνους ἐκέλευ-
σεν ἐκτοξεύειν τε καὶ σφενδονᾶν ἐς τοὺς βαρ-
βάρους, εἰπὼς παρεκλίσσασθαι αὐτοὺς ἐς τὰ
ψιλά ἐκ τῆς νάπης. Οἱ δὲ, ὡς ἐντολὴν βέλους
ἐγένοντο, παύσαντες ἐξέθεντο ὅτι τοὺς τοξότας
ὅπως ἐς χεῖρας συμμίσξονται γυμνοῖς ἢ σὺν τοῖς
τοξόταις. Ἀλέξανδρος δὲ, ὡς ἐρηγήγαγεν
αὐτοὺς ἐκ τῆς νάπης ἔξω, φιλόταται μὲν, ἀνα-
λαβόντες τοὺς ἐκ τῆς ἀνωθεν Μακεδονίας ἰω-
πέας, παρετάξεν ἐμβάλλειν καὶ τὸ κέρας
τὸ δεξιόν, ἥπερ μάλιστα παρεκχεῖν ἤθεσαν ἐν
τῇ ἐκδρομῇ. Ἡρακλείδης δὲ καὶ Σώπολιν,
τοὺς ἐκ Βοθριαίας τε καὶ Ἀμφιπόλεως ἰππέας,
καὶ τὸ εὐώνυμον κέρας ἐπάγειν ἐτάξε. Πλὴν
δὲ Φάλαγγας τῶν πεζῶν, καὶ πλὴν ἄλλων ἰω-
πῶν, πρὸς τὴν Φάλαγγα πρὸς ταῖνας, καὶ
μέσους ἐπῆγε· καὶ ἐς τὴν ἀκροβολισμὸς παρ'
ἐκαστέρων ἦν, οἱ Τριβαλλοὶ δὲ μείον εἶχον ὥς
δὲ ἢ τε Φάλαγξ πυκνὴ ἐνέβαλλεν ἐς αὐτοὺς
ἐρρώμενως, καὶ οἱ ἰππεῖς οὐκ ἀκονίσματα ἐπὶ
ἄλλῃ παρεπιπτόν, τότε δὴ ἐπαπίσσαντο ἀφ'

Syrmus ipse cum familia eo confugerat. In-
gens vero Triballorum multitudo per flu-
men ad aliam quandam insulam in Istro si-
tam sese contulerat, unde Alexander pri-
die solverat. Quos ut Alexander eo appu-
lisse intellexit, revocato itinere in Tribal-
los movit, ubi eos jam in castris degentes
offendit: hi vero deprehensi, ad sylvam
flumini vicinam aciem instruebant. Ale-
xander etiam ipse phalangem densius in-
structam adducit: deinde sagittarios ac fun-
ditores præmittit, qui sagittis & fundis
barbaros laceffant, si forte ea ratione è syl-
vis in aperta provocari possint. Triballi in-
tra teli jactum constituti, & sagittis icti in
sagittarios prouunt, ut cum sagittariis qui
inermes erant confinus manus confererent.
Quos ubi Alexander extra sylvam produ-
xit, Philotam sumpto equitatu superioris
Macedoniæ, in dextrum cornu, qua ma-
xime excurrando processerant: Heraclidem
autem & Sopolin, cum equitatu quem ex
Bottixæ & Amphipoli adduxerat, in sini-
strum cornu impetum facere jubet. Ipse
cum peditum phalange, reliquo equitatu
fronti prætento, in medios fertur. Et qui-
dem, quam diu velitatum utrinque fuit,
Triballi haud inferiores erant: simulac ve-
ro densa phalanx valido in eos impetu ruit,
equitesque non jam hastarum ictu sed ipsis
equis prementes, undequaque irruerunt,
protinus in fugam coniecti, per sylvam
flumen repetunt tribus millibus in fugâ cæ-
sis.

ἀλλ' αὐτοῖς ὀθοῦντες τοῖς ἰπποῖς, ἄλλῃ καὶ
τῇ νάπῃ ἐς τὸ ποταμὸν. Καὶ ἀποθνήσκουσιν ἄνδρες
τε ἰσ-

fixerat: Huic quæstioni nihil potest responderi. Quod
magis lepidum est, quomodo Alexander progressus ex
Æmo ad Lyzinum, & triduo separatus ab Istro pri-
die potuit solvise ab insula in Istro sita? quod ex Vul-
canii narratione procedit. Deinde quod est in Græco
ἐπίσω ἰφυγεν, in Latinis non est, nisi id resideat in illis
postea sese contulerat. Quod sane indignum Vulcanio.
Sed is id quidem in nova correctione induxit, & nunc
nos ejus auctoritate. Tum etiam Græca illa ἰφυγεν ἐπὶ
τὸ ποταμὸν non queunt significare per flumen, non ma-
gis, quam supra ἐπὶ Θρᾷκης per Thraciam. Denique
hæsisse hic Vulcanium ostendit, quod in versione im-
mittat aliam insulam, quæ prior vox in Græcis est nus-
quam; sensum vero eum a Facio mutuatus est, qui
vertit alteram omisiss per flumen. Sed hanc alteram in-
sulam prorsus ipse formavit ad decipiendum Vulca-
nium, quum nusquam dicatur ad aliquam insulam
fuisse Alexander, idque pridie. Nam Freinshemius
oppido parce & maligne in Supplementis transcurrit,
tantum obiter monito alium Triballorum exercitum
paucis ante diebus à Macedonibus cæsum; quod cre-
do ipse somniavit, aut in aere commissam pugnam
vidit. Sic hi tres nihil nisi hac canis, hac lupus.
Quare opinor satis commendavero huic laborem,
si sine periculo tantum præceptis superandum posthac
præbuerit, & in his tam corruptis egregiam opem tu-
lero præstanti Arriano. Unde primum Mstro optimo

id exigente ejiciendæ sunt illæ voces ἐς ἣσόν τινα τὸ ἴστρον
ἴστρον, quæ nescio qua stoliditate ex superioribus etiam
sunt repetitæ. Deinde sciendum hanc pugnam non
prope Istrum esse factam, sed prope τὸ ποταμὸν, ὅθεν
περὶ τῇ προτεραιᾷ ὁρμήθῃ Ἀλέξανδρος. Quis autem ille?
nempe non alius, quam quem supra memoravit Lygi-
num. Ad hunc in silvas retro confugerat Triballorum
magna pars, quæ prius vel cum rege Syrmo vel eum
præcedens aut sequens, volebat quoque fugere ad Da-
nubium, quamcunque ob rationem, quam reticuit Ar-
rianus vel alii ante eum. Hinc pridie solverat ad fa-
mam Syrmii in Istro latentis: sed audito alios Tribal-
los retro fugientes se abscondisse in silvis, illuc rediit,
hostemque invenit; quo cæso, dein tridui iter fecit ad
Syrnum. Verte igitur: *Ingens vero Triballorum mul-
titude retro fugit ad fluvium, unde pridie Alexander
moverat.* Prorsus enim hic accidit, quod in prælio ad
Istrum: è qua urbe quum perrexisset in Asiam Alexan-
der, postea Darium cognoscens alia via in eam ipsam
venisse, & κατόπιν αὐτῶν vel ὑποδύν γενομένη, tum ipse
quoque προπύμποι τινὰς προκατασκευασμένους τὴν ὁδὸν ἐπὶ-
σιν, & sic sequitur lib. 11 cap. 8.

23 Καὶ οἱ μὲν καταλειφθέντες] Procul dubio legit Vul-
canius, καταλειφθέντες, deprehensi, quia præcedit κατα-
λυμβάνει: immo sic ipse manu sua correxit. Sed nullus
ita MS.

τεταχίλοι ἐν τῇ Φυγῇ, ζῶντες δὲ ὀλίγοι καὶ
τῶν ἐλήφθησαν, ὅτι ὕλη τε δασεῖα καὶ
ποταμὸς ἰσχυρὸς, καὶ νύξ ὀπιγνομένη τῷ ἀκρί-
βειαν δὲ διώξεως ἀφείλετο τοὺς Μακεδόνες.
Αὐτῶν δὲ τῶν Μακεδόνων τελευτήσαν λέγει Πτο-
λεμαῖος ἰπποκράτους ἐνδεχά, περὶ δὲ ἀμφὶ
3 τοὺς πεσόντας. Ἀπὸ δὲ τῆς μάχης τει-
ταῖς ἀφικνεῖται Ἀλέξανδρος ἐπὶ τὸν ποτα-
μὸν τὸν Ἰστρον, ποταμὸς τὸν ἔχει τῷ Εὐρώπῳ
μέγιστον ὄντα, καὶ πλείστην γῆν ἐπερχόμενον,
καὶ ἔθνη μαχίμωτατα ἀπείροντα, τὰ μὲν
πολλὰ Κελτικὰ, ὅθεν γε καὶ αἱ πηγαὶ αὐτῶν
ἀνίσχουσιν ὧν τελευταῖες, Κινάδης καὶ Μαρ-
κομάνης· ἐπὶ δὲ Σαυροματῶν μοῖραν, Ἰάζυ-
γας· ἐπὶ δὲ Γέτας τοὺς ἀπαθανατίζοντας²⁴.
ἐπὶ δὲ Σαυρομάτας, τοὺς πολλοὺς²⁵. ἐπὶ δὲ
Σκύθας, ἔς τε Ἐκβολὰς²⁶, ἵνα ἐκδιδῶι ἔτι
πέν-

sis. Pauci etiam ex his vivi capti, quod
densa sylva flumini immineret, & nox in-
gruens persequendi facultatem Macedoni-
bus præriperet. Ex Macedonibus Ptole-
mæus equites quidem undecim, pedites
circiter quadraginta desideratos scribit.
Tertio post hanc pugnam die Alexander ad 3
Istrum flumen pervenit, omnium quæ in
Europâ sunt maximum, quodque pluri-
mum terræ alluit, & bellicosissimas natio-
nes suo tractu complectitur, ac quidem
præcipue Celticas, à quibus etiam fontes
ejus oriuntur. Harum nationum extremi
sunt Quadi & Marcomani, deinde Iazy-
ges, Sauromatarum pars: ulterius Getæ
qui Apathanatizantes, hoc est, animas à
morte liberas statuantes, dicuntur: exinde
Sauromatarum natio: postremo Scythæ,
ad exitum fluminis usque, ubi per quinque
ostia

24 Γέτας τὸς ἀπαθανατίζοντας.] Cur in nupera editio-
ne dicunt se retinuisse Græcanicum vocabulum, quum non
aliter fecerit Vulcanius? Hoc primum. Deinde cum
ista nota refert conferri ea, quæ Henr. Stephanus in
Thesaurο ad eam vocem collegit, ex quibus patebit
fons, unde iste iners hausit illud satis insulsum im-
mortalitatem agentes, unde locum Aristotelis, Hero-
doti, Curtii. Mihi plane non videtur Græcos, dum
id verbum usurparunt de Getarum consuetudine, id il-
lo sensu fecisse; adeo quum in aliis occasionibus illud
adhibent, prorsus ab hoc intellectu abeunt. Immo qui
sunt illi, qui immortalitatem agunt? vivi, an quos
mortuos putamus? Vivi immortalitatem agere non po-
terant, quos finire hanc vitam videbant. Illos, qui
decesserant, non vocaverunt Græci ἀπαθανατίζοντας,
sed vivos illos populos. Non opinor posse commo-
dius exprimi aut alio sensu accipi, quam pro immor-
talibus consecrantes. Id docemur ab Diodoro lib.
II cap. 20. Τῆς Ἀσσυρίας τὴν περιφέρειαν τιμᾶν ὡς θεῶν
ἀπαθανατίζοντας τὴν Σεμίραμιν. Item lib. IV. Πολυ-
μῶναι τε ἀπὸ τῆς διὰ πολλὰς ὑμνήσεως ἐπιφανίης κατασκευά-
ζον τὴν διὰ τῶν ποιημάτων ἀπαθανατίζομένην τῇ δόξῃ. Id
docemur ab Strabone in Inscriptione sepulchri Indi,
qui se combussit ipse Σαρματιοχῆρας Ἰνδὸς ἀπὸ Βαργύρας
κατὰ τὰ πατρία ἰδὼν ὅτι ἐαυτὸν ἀπαθανατίσας κατὰ. Ver-
tant oro id per τὰ immortalitatem agere. Id docemur
ab Dione lib. XLV. τὸ δὲ δὴ Καίσαρι αὐτῷ, ὡς καὶ ἀπαθα-
νατίζομαι, καὶ ἐς τὸ ἄρτι ἀριθμὸν συγκαταλεγμένῳ ἀνα-
τίθεισιν, quod Fulvius Ursinus interpretabatur, immor-
talitatem jam adeptis. Item ab Justino martyre Apol.
II pag. 67. καὶ τί λέγομεν ἀποθήσκοντες παρ' ἡμῶν αὐτοκρά-
τορας αἱ ἀπαθανατίζονται ἀξιώσεις; Ab Luciano in Scy-
tha. Οὐ Σκύθαις μόνον ἐπιχάρων ἀπαθανατίζω καὶ πύμπιν
παρὰ τὴν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίους ἔξιναι θεοποιεῖν Σκύ-
θαις. In Concilio Deorum. Τοιγαρὺν οἱ Σκύθαι καὶ οἱ Γί-
ται ταῦτα ὁρῶντες αὐτῶν, μακρὰ ἡμῶν χαίρειν εἰπόντες, αὐ-
τοὶ ἀπαθανατίζουσι: in quibus vertunt immortalitate φε-
ρατε. Ab Porphyrio lib. II ἀποχῆς. Ταύτη τὴν φαινο-
μένην ὑμῶν θεῶν τῇ θυσίᾳ διεξιέμενοι, καὶ διὰ τὸ πυρὸς
ἀπαθανατίζοντες αὐτοὺς τὰς τιμὰς. Egrege autem ab Scho-
liaste Nicandri pag. 32. Ἡ Δημήτηρ Κελτῶν λαβὼσα ἀνι-
στρεφὴν ὡς ὑἱόν. Βυλομένη δὲ ἀπαθανατίσας, συνεχῶς εἰς τὸ
πῦρ ἔβαλλεν. Hoc ille videlicet interpretabitur agere im-
mortalitatem. Etiam Phavorinus alicunde scribit pag.
1169. Λίπῳιν παρὰ Λυκαφίον, οἷον μὴ δαδουκίαν τὴν Περ-
σέφον, παρόσον ἀπαθανατίσθη. Qui ergo sunt ἀπαθανα-
τίζοντες? Certe nihil minus, quam immortalitatem a-
gentes: sed quos eximie inter Græcos exponit Lucianus,
apud quem quum Mnesippus quævisset ex Τοχα-
τι, ὅπως δὲ ὑμῶν καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανῆσι θύειν, ὡς

περ θεῶν; respondet Scythæ. ὡς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑσπερίαις καὶ
πασηφόροις τιμώμεν αὐτούς. Inter Latinos Mela, II, 2. Ad
mortem paratissimi, Getæ utique. Id varia opinio perficit:
alii redituras putant animas obeuntium; alii esse non
redeant, non extingui tamen, sed ad beatiora transire:
alii emori quidem, sed id melius esse quam vivere. Ni-
hil pote clarius ad nostra Græca illis mediis, & ex
quibus ab Mela patet non appellari eos immortalitatem
agentes, ut nunc nostri rure loquuntur. Quid autem
Romani per id intellexerint, aut quo ænigmati ἀπαθανατι-
ζομένην talem expresserint, demonstrat nummus Postumi,
in quo Hercules exhibetur Cerberum incatenatum te-
nens, cum elogio HERCVLI IMMORTALI. Adde
Etymologicum in Ζάμολξιν.

25 Σαυρομάτας τὸς πολλοὺς.] Vulcanius, Sauromata-
rum vulgus. Et sane persæpe sic sumitur. Lucianus
in principio Scythæ, καὶ τῶν βασιλείῳ γένει, ὡς καὶ πλο-
φοκῶν, ἀλλὰ Σκυθῶν τῶν πολλῶν καὶ δημοτικῶν. Sed ita si
nunc accipiamus, colligetur Iazygas, qui ante dicun-
tur Σαυροματῶν μοῖρα, esse nobiles & proceres eorum,
ex hujus sententia. Contra tamen intellexit Facius,
vertens Iazyges Sarmatarum gens - deinde Sarmatarum
magna pars. At libro VII cap. 19 ubi legitur Ἀραβας
τὸς πολλοὺς, vertit Facius contra Arabes gentem numero-
sam, Vulcanius in Arabas populosam gentem. Hæc
quomodo conveniunt? Immo in hoc loco Iazygas in-
telligit accessionem & partem Sarmatarum, nunc ipsum
grande corpus, unde prognati Iazyges. Et de Arabi-
bus non ita loquitur, quod prædicare vellet eorum mul-
titudinem, sed more suo Arrianus exprimit ipsas Ara-
bum sedes & rempublicam, quam visitare sic volebat.
Hic stylus est Arriani plane non intellectus. Sic cap.
25 ὑπερ τῶν αὐτῶν ἐπὶ σέβειν Λυκίων τῶν κατὰ οἱ πολλοὶ, ubi
Vulcanius, neque pauci ex inferiore Lycia legatos mis-
erunt. Facius, eademque de re complures Lycie inferioris
populi. Plane ad eam interpretationem Freinshemius
in supplemento II, 11, 3 idem petebant multarum ur-
bium oratores ex inferiore Lycia. Latina hæc λιτότης
plane non probatur ab Græca illa loquutione, in qua
non multe urbes, non complures populi, non neque pauci,
sed prorsus omnes inferioris Lycie populi comprehen-
duntur. Sic lib. IV cap. I. Τῶν Σογδιανῶν οἱ πολλοὶ, ubi
Vulcanius Sogdianorum plerique, Facius Sogdianorum
plurimi. Ego interpretor ipsum commune Sogdiano-
rum.

26 Ἐς τὴν ἔκβολαν.] Certe perfectius & plenius in opti-
mo MS. ἔς τε ἐπὶ τὰς ἔκβολας. Infra cap. 7. ἔς τε ἐπὶ τὸ
ερατοπόδιον ἡεροβόλιζοντο. Et cap. 15. ἔς τε ἐπὶ τὸ μέσον τῆς
πασσὸς τάξις. Cap. 16. ἔς τε ἐπὶ τὸ ὕδωρ καταβαίνοντες,
quod erronee interpretatur Vulcanius in ἀπηνεῖσιν
scen-

πέντε τόματα ἐς τὸ Εὐξείνιον πόντον. Ἐνταῦθα χαταλαμβάνει αὐτὰς ἡκίστας ναῦς μακρὰς ἐκ Βυζαντίου, ἀφ' ἧς πόντος ἔχει Εὐξείνιος καὶ τὸ ποταμὸν²⁷. Ταύτας ἐμπλήσας τοξοτῶν τε καὶ ὀπλιτῶν, τῇ νήσῳ ἐπέπλεε, ἵνα οἱ Τριβαλλοὶ τε καὶ οἱ Θράκες συμπεφθιγότες ᾖσαν· καὶ ἐπεὶ ἔρχετο βιάζεσθαι πλεῖν ἀπόβασιν. Οἱ δὲ βάσβαροι ἀπ' αὐτῶν ἐπὶ τὸ ποταμὸν, ὅππῃ αἱ νῆες πρὸς πτόειν²⁸· αἱ δὲ ὀλίγαί τε ᾖσαν, καὶ ἡ φραγὴ καὶ πολλὴ ἐπ' αὐτῶν καὶ τὴν νῆσιν τὰ πολλὰ ἀπότομα ἐς τὸν Ἰσθμὸν, καὶ τὸ ρέευμα ἔχει ποταμὸν τὸ παρ' αὐτῶν, οἷα δὲ ἐς τὸν σὺν κεκλεισμένον, ὅθεν καὶ ἀπορον πρὸς τὸ ἐξέρχασθαι. Ἐνθα δὲ Ἀλέξανδρος ἀπαγαγὼν τὰς ναῦς²⁹, ἔγνω ἀφαιρῶν τὸ Ἰσθμὸν, ἐπὶ τοῦς Γέτας τοὺς πέραν τὸ Ἰσθμὸν ὡς κλεισμένους· ὅππῃ τε συνηλθὺς κλεισμένους εἶδεν πολλοὺς ἐπὶ τῇ ὁχθῇ τὸ Ἰσθμὸν, ὡς εἰς ἑσθίας, εἰ ἀφαιρῶν (ᾖσαν γὰρ ἰπποεῖς μὲν ἐς τετρακισχιλίους, πεζοὶ δὲ πλείους τῶν μυρίων) καὶ ἅμα πύθοντα ἔλαβεν αὐτὸν ἐπέκεινα τὸ Ἰσθμὸν εἰσελθόν. Τῶν μὲν δὲ νεῶν ἐπέκεινα αὐτὸς τὰς δὲ διφθέρας, ὑφ' αἷς ἐσκήνου³⁰, τὸ χάρψης πληρώσας, καὶ ὅσα μονόξυλα πλοῖα, ἐκ τῆς χώρας ξυλλαγῶν (ὡς δὲ καὶ τῶν ἐν πορίᾳ πολλή, ὅππῃ τῶν τοῖς χερσίν αἱ οἱ πρὸς τοῖς τοῖς Ἰσθμῷ ἐφ' ἀλίσια τε τῇ ἐκ τὸ Ἰσθμὸν, καὶ εἴποτε παρ' ἀλλήλους ἀνὰ τὸ ποταμὸν τέλλοιτο, καὶ ληστεύοντες³¹ ἀπ' αὐτῶν οἱ πολλοί) ταῦτα ὡς πλείστα ξυλλαγῶν, δεξιβάζον ἐπ' αὐτῶν τὸ στρατὸς ὅσους δυνατὸν ὡς ἐν τῷ τοῖς τοῖς πύθοντα. Καὶ γιγνομένη οἱ ἀφαιρῶντες ἅμα Ἀλέξανδρος, ἰπποεῖς μὲν ἐς χιλίους καὶ πεντακοσίους, πεζοὶ δὲ ἐς τετρακισχιλίους. Διεβάλλον δὲ τὸ νηκλὸς³², ἢ λήιον ὡς σίτη βαθύ· καὶ ταῦτα

ostia in Euxinum pontum profuit. Hic Alexander naves aliquot longas offendit, quæ Byzantio per pontum Euxinum ad verisio flumine advenerant. In his tanto numero sagittariorum & armatorum quantum capere poterant imposito, insulam in quam Triballi & Thraces confugerant petit. Quumque summâ vi pedem in terrâ ponere niteretur, barbari ad flumen concurrentes quacunque naves appellebant exitum prohibebant. Porro & naves paucæ erant, & exigua in iis militum manus : & insulæ situs maximâ ex parte præruptus ac præceps, fluminisque ipsius cursus (utpote arctis spatiis conclusus) rapidus & ad appellendum difficilis. Idcirco Alexander, subductis navibus, mutato consilio Istrum trajicit, & Getas trans Istrum habitantes petit ; quod ad ripam Istri multos confluisse videret, tanquam repulsuros, si trajiceret (erant enim equitum quatuor millia, peditum supra decem) simul etiam quod illum cupiditas ceperat trans Istrum eundi. Naves itaque ipse conscendit : pelles vero sub quibus in castris degebant paleis impleri jubet, & quotquot in eâ regione erant lintres simul convchi. Erat autem magna earum copia, quod Istri accolæ iis utantur partim ad piscandum, partim ut inter se commeari possint, multi etiam ut prædationes exercent. Iis igitur quamplurimis collectis, quantam eâ ratione fieri poterat exercitus partem traducit. Numerus eorum qui cum Alexandro trajecerunt, fuit equitum mille & quingenti, peditum quatuor millia. Trajecerunt autem noctu, eâ parte quâ densa erat frumenti seges : quo factum est,

scendentes. Non enim tetigerunt amnem, sed usque ad aquam extremam degressi sunt. Habuit autem id Vulcanius ex prima amulatione versionis Facianz alii ex amni tela mittere. Non intrarunt amnem, nedum ut ex eo tela miserint. Cap. 28 καθέκει ἐς τὸ ἐπὶ τῇ ὁχθῇ. Sic pronuntiandum & legendum censeo proverbium vetus in Suida, ἐς τὸ ἐπὶ τῇ ὁχθῇ, ubi vulgo sine sensu & vi sit ἐπὶ. Sed & plenior & explicatio ejus interpretationem nobis præbet membrana Medicea, de qua & diximus alibi, & unde hanc emendationem prompsimus, ubi sic illa exhibetur. Ἐπὶ τῇ δυσκαταπόνηται. ἐν τῇ τοῖς διακρίσεως τὸ φερόμενον τὸ ἔργον ἢ ὅπως διακρίσει τοῖς διακρίσεως. ἰγνέτο δὲ ὅτι ὅτις ἀπὸ πλῆθους. Palsim vero sic Arrianus.

27 Κατὰ τὸ ποταμὸν] Herodotus maluit dicere αὐτὰς τὸ ποταμὸν lib. 24 cap. 89 de navibus Darii, quæ etiam ex Bosporo Thraciæ per Euxinum nāvigarunt in Istrum; at istud Arrianus generaliter accipit ὡς ποταμὸν ἀλλήλους αὐτὰς τὸ ποταμὸν τέλλοιτο.

28 ὅππῃ αἱ νῆες πρὸς πτόειν] MS. Opt. cum duobus aliis ὅππῃ, ceteri diversimodo infra.

29 Ἀπαγαγὼν τὰς ναῦς] Notandum est omnino Vulcanius ob temerariam usurpationem phræscos Latine in vocibus subducere & deducere naves. Quæ quum pueris notæ sint, ut certæ soleant esse, & nemo Latinus eas confundat, ipse tamen non hoc solum loco male

eas adhibet, sed & sine libri 14 καὶ κατὰ τὸ ποταμὸν ἔγγοτο, navibus in Indum flumen subductis. vi, 3 σημεῖον ἐς ἀναγωγὴν signum deducendis navibus, quum jam remigio & aliis ornamentis instructæ diu in aqua stessent. Id quod tanto intentius advertere debui, quia nuperus homo, licet ab Suida exposita illi fuisset ἀναγωγὴ, quod esset ὁ τὸ πλῆθος ἐκπλεῖν, licet ipse deductionem interpretatus esset, cum in flumen aut mare naves traherentur, ipse tamen in illo eodem loco ἀναγωγὴν ἐν κόσμῳ vertit ordine deducuntur, idque cum reprehensione interpretis, qui male verterit subducuntur. Utique utrumque tantidem est, & ipse suam imperitiam in usu Latinitatis arguit. Nam naves deducuntur ante ἀναγωγὴν; quum ἀναγομένη, jam deductæ sunt, & navigando procedunt. Eant igitur, qui historicos Græcos ex versionibus intelligere se satis gloriuntur.

30 Διφθέρας ἐπὶ αἷς ἐσκήνου] Non modo interpretes, dum vertit sub quibus, videtur voluisse, sed & MSSi quos inspexi omnes habent ὑφ' αἷς. Et sic ipse Arrianus lib. 111 cap. 29 ξυλλαγῶν ἐν τῷς διφθέρας ὑφ' αἷς ἐσκήνου ἐν στρατῷ &c.

31 Καὶ ληστεύοντες] Ita quidem & omnes MSS. sed tralaticii. In optimo καὶ ληστεύοντες, non temere.

32 Διεβάλλον δὲ τὸ νηκλὸς] Non debuit hoc sollicitare Grentemesnilius. Hic enim usus verbi hujus est, ut apud alios Græcos, ita Arrianum nostrum, & jam satis

τη μάλλ' ἢ ἔλαθον προαχόντες τῇ ὄχθῃ. Ὑπὸ δὲ τῷ ἑὸν Ἀλέξανδρον ἀφ' ἧς λήϊας ἦγε, ὠρμηθείας τοῖς πεζοῖς, πλαγαίαις ταῖς σαρίσσαις ἐπικλινόνας τ' ὄστον, ἔτω προάγειν ἐς τὰ ἐκ ἐξάσιμα. Οἱ δὲ ἵπποις, ἐς τε μὲν ἀφ' ἧς λήϊας προήκῃ φάλαγγς, ἐφείποντο. Ὡς δὲ ἐκ τ' ἐργασίμων ἐξήσαν³³, τῷ μὲν ἵππων ὅπλ' τὸ δεξιὸν κέραν αὐτὸς Ἀλέξανδρος παρήγαγε, τῷ φάλαγγα δὲ ἐν πλασίῳ Νικάνορα ἀγῆν³⁴ ἐκέλευσεν. Καὶ οἱ Γέ³⁵ ἐδὲ τὴν ὀρώτῃ ἐμβολῇ τῶν ἵππων ἐδέξαντο. Ὁ δὲ δὲ μὲν αὐτοῖς ἡ πόλμα ἐφάνη ἔξ Ἀλέξανδρου, ὅπ' ὁμαρῶς ἔτω τ' μέγιστον τ' ποταμῶν διεβέβηκεν ἐν μᾶν νυκτὶ τ' ἱέρων, ἔμεφεώσας τ' πόρον. Φοβερὰ δὲ καὶ τ' φάλαγγος ἡ ξυγκλασις³⁶, βία δὲ ἡ τ' ἵππων ἐμβολή. Καὶ τὰ μὲν ὀρώτα ἐς τῷ πόλιν καταφύγῃσιν, ἡ δὲ ἐπ' αὐτοῖς ὅσον ὠρμηθείαις³⁷ τ' ἱέρων. ὡς δὲ ἐπ' αὐτοῖς εἶδον σπῆδον Ἀλέξανδρον³⁸ τὴν μὲν φάλαγγα ὠρμηθείαις ποταμῶν, ὡς μὴ κυκλωθεῖεν πῃ οἱ πεζοὶ ἐν ἐρυσάντων τ' ἱερῶν, τὴν ἵππων δὲ κατὰ μέτωπον, λείπεσθαι αὐτὸν τῷ πόλιν οἱ Γέ³⁹ κακῶς τέλχιον μένιν, ἀναλαβόντες τ' παιδαλειῶν καὶ τ' γυναικῶν ὅπ' τὴν ἵππων ὅσα φέρον οἱ ἵπποι ἡδύ-

est, ut ad ripam appellentes minus ab hoste cerni possent. Sub auroram Alexander aciem per segetem ducit, imperans peditibus ut transversis sarissis frumentum reclinant, ita progrediantur donec arva excefferint, & in campum non cultum pervenerint. Equites vero, quamdiu phalangis per segetem procedebat, sequebantur. Ubi extra culta ventum est, Alexander ipse equitatum ad dextrum cornu ducit: Nicahori, ut quadrata acie phalangem ducat, jubet. Getæ ne primum quidem equitatus impetum tulere, inaudita Alexandri audacia perculsi, quod ita facile unica nocte Istrum omnium fluminum maximum nullo per vadum ponte ducto transisset. Terrorem etiam eis incutiebat phalangis densitas, & violentus equitum impetus. Ac primo quidem ad urbem confugiunt, unâ tantum phalangâ ab Istro distantem. Ceterum ubi conspicati sunt Alexandrum summâ diligentia phalangem secus flumen ducere, ne pedites circumveniri ex insidiis à Getis possent, equitatum autem à fronte dispositum, rursus Getæ urbem utpote male munitam deserunt: tantumque puorum & foeminarum quantum equi ferre poterant

diu annotatus. Cap. 11 αὐτὰς τὴν καθ' ἑαυτὴν τὴν ἀναγνώσκειν διακρίνει, quamvis illic in optimo MS. erat διακρίνει. Et hæc sunt ipsa verba, quæ Suidas ad Oxi amnis transitum citat. Cap. 14 ταύτην παρὰ τὴν ὕψος τὴν ἑρῶν διαβαλεῖν τ' πόρον. VII, 20. παρὰ ἑλγος ἰδὸν διαβαλὼν ἐς αὐτὸν. Sed & hæret hæc in eorundem verborum ambigua vicinitate lib. v cap. 20, ubi dicitur, quod res est. Et διαβαλὼν τὰς κλῆς per foramen ait Achilles Tarius lib. 11 p. 109.

33 Εἰς τὴν ἐργασίαν ἐξήσαν] In nullo prorsus codice vetusto id verbum offendi, in omnibus ἐργασίαν, etiam Vulcanius in Augustano, etiam H. Stephanus in suo, ut merito alterum facessat. Vice versa accidit libro VII cap. 14 in his, αἱ ἐπὶ Βασιλείᾳ ἤλασαν, ubi codex ille tam recte innocentie habebat ἤλα, reliquis cum vulgato conspirantibus.

34 Τὴν φάλαγγα ἐν πλασίῳ ἀγῆν] Adeo omnis hæc narratio concinna apparet, ut religio futura esset quidquam in illa accusare. Etiam ratio phalangis instar πλασίῳ ordinatæ apud antiquos & doctos satis nota. Quid tamen est, quod Vulcanius nunc veterit quadrata acie, aut Facius quadrato agmine; at libro IV cap. 5 αἱ πλασίῳ ἰσχυροῦς ταξίης etiam modo uterque vertat quadrato agmine? An nulla differentia inter aciem fortinὰ πλασίῳ καὶ πλασίῳ ἰσχυροῦς? Certe vero. Deinde quid ad φάλαγγα ἐν πλασίῳ ἀγῆν proprie facit vulgata illa, quæ sequitur, ἐργασίαις? Equidem nihil. Et quæ à nobis pro ea supponitur ἐργασίαις, ostendit non fuisse ne tunc quidem phalangis ordinarium in quadrato agmine incellum hoc loco. Occurrit haud dubie aliquid in via Alexandro, cur non explicare & ostentare phalangem potuerit, etsi jam extra fata, quod substituit Arrianus ex narratione ipsa intelligi satis ab lectoribus posse opinatus. Immo etiam ab latere fluvii discedere noluit, ut omnino ordines agminis accommodaverit situi itineris: vide paulo post. Hæc quum sic contemplamur, accedit intemerata codicis Medicei bonitas, quæ ut nusquam facile ausim rejicere, ita ne nunc quidem. Is vero plane exhibet ἐν πλασίῳ. Dixi tibi, le-

ctor, omnia, & ipse tantum nunc considera. Idem quoque habebat ἡ τ' ἵππων ἐμβολή.

35 Τὴν φάλαγγα ἡ ἐργασίαις] Utrum hæc voces notare queant phalangis series, ut Facius, an melius phalangis densitas, ut Vulcanius, delibero. Certe alibi Vulcanius τὴν βαδύτην aciei sic solet interpretari, ut adeo sic Latinos lectores deducat. In quibusdam MSS. inveni ἐργασίαις, in aliis ἐργασίαις, quomodo ego crediderim Vulcanium legisse; quippe quod expressit, nec aliter etiam in Augustano invenit, idque ab Arriano scriptum opinor. Ita infra de eadem phalange δρῶντων σύγκλασιν dicit, ubi mirifice interpretatur Vulcanius flexis bastarum cuspidibus. At nihil in Arriano legitur de cuspidibus. Itaque Freinsheimius, quum in Supplementis I, 12, 24 ipsa verba Vulcanii integra assumeret, cuspides omisit, sed, quod sane rideas, ita ut omnem quoque δρῶντων ἐργασίαν omiserit. Lib. III ἡ ἀναγνώσκειν τὴν φάλαγγα lib. v cap. 17 τὰς περὶ ἐκαστοῦ αἰῶνος αἱ ἐκαστοῦ ἐργασίαις ἐπ' αὐτὴν τὴν φάλαγγα. Et eodem, πρὸς τὴν τὴν φάλαγγα τ' φάλαγγος πρὸς τὴν. Hac re video densatam & horrentem sarissis phalangem posse esse φοβερὰν; ἐργασίαις vero prorsus est aliud, neque tam ad terrorem hostium, quam ad agilitatem phalangis in motuum conversionumque decore facit.

36 Ἡ δὲ ἵππων] Id absurdum. Lege ex optimo & quibusdam aliis ἀπὸ τῆς, ut factum lib. v cap. 12 ἡν ἀφ' αὐτῶν πολὺ τι ἀπὸ τῆς τ' ἵππων, quum illic Basilea edidisset ἵππων.

37 Ὅσον παρὰ τὴν] Satis fateor bene & cap. 18 novimus eam particulam admissam. Nihilominus in optimo eadem prior vocula aberat. Et sane quum cap. 2 placuerit Arriano simpliciter ἀπὸ τῆς ἐκαστοῦ αἰῶνος, potest & nunc sic videri loquutus.

38 Ὡς δὲ ἐπ' αὐτοῖς εἶδον σπῆδον Ἀλέξανδρον] Et bona hæc scriptura, & à plurimis retinetur. Non est tamen celandum, quod in uno inveni, αἱ δὲ ἐπ' αὐτοῖς εἶδον σπῆδον Ἀλέξανδρον, qui casus commodissime quidem dependet à sequentibus φάλαγγα &c.

ἡδυνάτο· ἐν δὲ αὐτοῖς ἡ ὁρμή ὡς πορρώτατα
 ὑπὸ τῷ ποταμῷ ἐς τὰ ἔρημα. Ἀλέξανδρος
 δὲ τὴν τε πόλιν λαμβάνει, καὶ τὴν λείαν πᾶσαν
 ὁσίωνοι (Γέ) ὑπελείποντο· καὶ τὴν μὲν λείαν Με-
 λεάγρῳ καὶ Φιλίππῳ ἐπαναγαγεῖν δίδωσιν· αὐτὸς
 δὲ κατασκάψας τὴν πόλιν, οὗδε ἴε ἐπὶ τῇ ὄχ-
 θῃ τῷ Ἰσθμῷ Διὶ Σωτήρει, καὶ Ἡρακλεῖ, καὶ αὐτῷ
 τῷ Ἰσθμῷ, ὅπου ὁκ' ἀπορῶ αὐτῷ ἐγένετο. Καὶ
 ἐπαναγὰς αὐτῆς ἡμέρας σώας σύμπασις ἐπὶ το-
 σρατόπεδον. Ἐνθαυτὰ ἀφίκοντο πρέσβεις ὡς
 Ἀλέξανδρον, οὗδε ἴε τῶν ἄλλων ὅσα αὐτόνομα
 ἔθνη περὶ τοὺς Ἰσθμῷ, καὶ οὗδε Σύρμης τῆς
 Τριβαλλῶν βασιλέως· καὶ οὗδε Κελτῶν τῶν ἐπὶ
 τῷ Ἰονίῳ κόλπῳ ὠκισμένων ἦκον (μεγάλοι οἱ
 Κελτοὶ τὰ σώματα, καὶ μέγα ἐπὶ σφίσι φρο-
 νήσιες) Φιλίας δὲ πάντες τῷ Ἀλεξάνδρῳ ἐφίε-
 μνοι ἦσαν ἑφασάν. Καὶ πᾶσιν ἔδωκε πίστεως
 Ἀλέξανδρος καὶ ἔλαβε· τοὺς Κελτοὺς δὲ καὶ
 ἤρετο, ὅ, τι μάλιστα δεδίτῃ αὐτῶν τῶν ἀνθρω-
 πίνων, ἐλπίσας ὅτι μέγα ὄνομα τὸ αὐτῶν καὶ
 ἐς Κελτοὺς καὶ ἐπὶ περὶ τοσούτους ἦκε· καὶ ὅτι αὐ-
 τὸν μάλιστα πάντων δεδίονα φήσουσι. Τῷ δὲ
 παρ' ἐλπίδα ξυνέβη τῶν Κελτῶν ἡ ἀποκρίσις·
 οἷα γὰρ πορρώτε ὠκισμένοι Ἀλεξάνδρῳ, καὶ χα-
 εῖα δύσπορα οἰκῆσι, καὶ Ἀλεξάνδρῳ ἐς ἄλλα
 τὴν ὁρμὴν ὁρῶντες, ἑφασάν δεδίονα μὴ ποτε ὁ ἄ-
 ρατος αὐτοῖς ἐμπεσοῖ· καὶ τέττες φίλους τε ὀνο-
 μάσας καὶ συμμαχοὺς ποιησάμενοι, ὅπως
 ἀπέπεμψε· τοσούτοι ὑπεκρίναν, ὅτι ἀλαζόνες
 Κελτοὶ εἰσιν. Αὐτὸς δὲ ἐπὶ Ἀργιάνων καὶ Παύ-
 λων περὶ τὸν Ἰσθμῷ. Ἐνθα δὲ ἄγγελοι ἀφίκοντο αὐ-
 τῷ, Κλεῖτον τε τῶν Βαρδύλειω ἀφελάναι ἀγ-
 γέλλοις, καὶ Γλαυκίαν περὶ τοσούτους ἀνθρώπων
 τῶν Ταυλαντίων βασιλέα. Οἱ δὲ τῶν Αὐταριά-
 τας ἐπιθήσας αὐτῷ κατὰ τὴν πορείαν ἐξήλ-
 γον. Ὡς δὲ ἔνεχε κατὰ σπυρδὴν ἐδόχθη ἀνα-
 ζήτησις. Ἀλλὰ γὰρ δὲ ὁ τῶν Ἀργιάνων βα-
 σιλεὺς³⁹, ὅς μιν καὶ Φιλίππῳ ζῶντι ἀσπα-
 ζόμενοι Ἀλέξανδρον δὴλ' ἦν, καὶ ἰδίᾳ ἐπεί-
 σθησε παρ' αὐτὸν, τότε δὲ παρὲν αὐτῷ μὲν τῶν
 ὑπασιπῶν, ὅσους τε χαλλίους καὶ θυροπλοῖά τας
 ἀμφ' αὐτὸν εἶχε. Καὶ ἐπειδὴ ἔμαθεν ὅτι τῶν
 Αὐταριάτων πυνθανόμενον Ἀλέξανδρον, οἱ πνέ-
 τε καὶ ὁπόσοι εἴεν, ὅς κ' ἔφη ζῆναι ἐν λόγῳ πίθε-
 ας Αὐταριάτας (εἶναι γὰρ ἀπολεμωτά τας τῶν
 αὐτῶν) καὶ αὐτὸς ἐμβαλεῖν ἐς τὴν χώραν αὐτῶν,

terant abducunt, & quam longissime pos-
 sunt à flumine in solitudines sese recipiunt.
 Alexander urbem capit, & prædam omnem
 à Getis relictam, eamque Meleagro &
 Philippo abducendam tradit. Ipse vero,
 urbe solo adæquatâ, in Istri ripâ Jovi Ser-
 vatori, atque Herculi ipsique adeo Istro
 (quod se haud difficilem in transitu præ-
 buisset) sacrum facit: eodemque die omnes
 suos incolumes in castra reducit. Eo loci
 legati ad Alexandrum venêre cum ab aliis
 liberis suique juris nationibus quæ Istrum
 accolunt, tum à Syrmo Triballorum rege,
 & à Celtis qui Ionium sinum incolunt.
 Sunt porro Celtæ & proceræ staturæ, &
 multum sibiipsis tribuentes. Omnes autem
 se Alexandri amicitiam poscentes venire
 afferebant. Fides utrinque & data & acce-
 pta est. At Celtas percunctatus est Ale-
 xander, quid in rebus humanis maxime ex-
 timescerent: ratus nominis sui splendorem
 ad Celtas multoque ulterius penetrasse; quod-
 que ipsum præ rebus omnibus timerent
 responsuros. Cæterum à Celtis longe aliter
 ac sperarat ei responsum fuit: se videlicet
 quod procul ab Alexandro agerent, & lo-
 cā accessu difficilia habitarent, ipsumque
 alio expeditionem facere viderent, vereri
 ne cælum in ipsos ruat. Alexander eos
 amicos appellans & in confœderatorum nu-
 merum recipiens, remisit, hoc unum sub-
 dens, Celtas arrogantes esse. Inde in A-
 grianos & Pæonas movit. Ubi nuntium ei
 allatum est Clitum Bardylis filium ab eo
 defecisse, Glauciamque Taulantiorum re-
 gem se eidem conjunxisse. Nuntiabant
 etiam Autariatas ipsum in itinere adoritu-
 ros. Quibus de causis celeriter inde mo-
 vendum censuit. Langarus vero Agriano-
 rum rex, quia dum Philippus adhuc in vi-
 vis esset, Alexandro charus fuerat, & pri-
 vatim ad eum legatos miserat, ac tunc
 temporis cum lectissimis optimeque armatis
 scutatis militibus ei aderat, quum audiret
 Alexandrum sciscitantem quinam illi aut
 quot numero Autariatæ essent, monuit,
 Autariatas nihili faciendos esse, quod es-
 sent omnium illius regionis hominum mi-
 nime bellicosi: seque in eorum regionem
 irrupturum, ut domi potius haberent quod
 agerent. Jubente igitur Alexandro popula-
 bus^{bun-}
 ὡς ἀμφὶ τὰ σφέτερά μαλλον ἔχειεν. Καὶ κε-
 λθί-

39 Καὶ παρὰ Κελτῶν τῶν ἐπὶ] In uno legebatur καὶ παρὰ
 Κελτῶν εἰ καὶ τῶν ἐπὶ. In reliquis omnibus καὶ παρὰ Κελτῶν
 εἰ καὶ, quæ vera est scriptura. Mox nescio curiofior ma-
 ius maluerint scribere bis Κελτῶν. Sane in omnibus
 scriptis constanter erat Κελτῶν, ut supra Κελτοὶ & Κελτῶν,
 & sic Vulcanius ex Aug.

40 Λαγάρης ὁ τῶν Ἀγρ. βασιλ.] Videtur idem nomen
 esse, quod Livio xxxi, 28 dicitur *Longanus Dardano-*
rum rex. MSSi tres bis hoc loco Λαγάρης, sed non etiam

optimus. Immo non aliud videtur esse, quod memorat
 Polyænus lib. iv cap. i, ubi incipit Ἀργυῖος βασιλεὺς
 Μακεδόνων, Ταυλασίῳ Ταύλαρος, ubi MS. Medicus pri-
 mo loco habet Γάλαρος, in posteriore Ταύλαρος, trans-
 positis consonantibus Α & Γ vel Τ, quum codex Can-
 tabrigiensis bis præferat Γάλαρος. Quæ autem de Bar-
 dyle nuper hic fuerunt allata, unde rapta sint, cognos-
 ces inspicies Freinshemium vel in indice Curtiano in
 ea voce, vel citata ad Supplement. I, 12, 12.

λθούσιν· Ἀλέξανδρος, ἐς Ἑλλάδα αὐτὸς· καὶ ἐμβαλὼν ἦγε καὶ ἔφερε τὴν χώραν αὐτῶν. Αὐτὰρ εἰς τὴν δὴ ἀμφὶ τὰ αὐτῶν εἶχον. Λάγλαρ δὲ τὰ τὰ ἄλλα ἐπιμήθη μεγάλας πρὸς Ἀλέξανδρον, καὶ δῶρα ἔλαβεν ὅσα μέγιστα παρὰ βασιλεῖ τῶν Μακεδόνων νομίζετο· καὶ τὴν ἀδελφὴν τὴν Ἀλέξανδρος Κύναν, καὶ αὐτὴν ὁμολόγησε δῶσθαι αὐτῷ ἐς Πέλλαν ἀφικομένην Ἀλέξανδρον· ἀλλὰ Λάγλαρ μὲν ἐπανελθὼν οἶκα δέ, νόσῳ ἐτελεύτησεν. Ἀλέξανδρος δὲ παρὰ τὴν Ἐριγὸνα ποταμὸν πορθυόρῳ, ἐς Πέλλιον πόλιν ἐτέλλετο. Ταύτῃ γὰρ χαλεπήφῃ ὁ Κλέϊτος ὡς ὀχυρωτάτῃ τὴν χώραν· καὶ πρὸς αὐτὴν ὡς ἦκεν Ἀλέξανδρος, κατατρεχτοπεδύσας πρὸς τὴν Ἐρδαϊκὴν ποταμὸν, τὴν ὑπεραίαν ἐγνώκει πρὸς ἑαυτὸν τὴν τείχεα. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὴν Κλέϊτον, τὰ κύκλῳ τὴν πόλιν ὅρη ὑπερδεδία τε ὄντα καὶ δασέα κατεῖχον, ὡς πάντοθεν ἐπιπίθεσθαι τοῖς Μακεδόσιν, εἰ τὴν πόλιν πρὸς ἑαυτοὺς. Γλαυκίας δὲ αὐτῷ, ὁ τὴν Ταυλαντίων βασιλεὺς, ἔπειτα παρῆν. Ἀλέξανδρος μὲν δὴ τὴν πόλιν πρὸς ἑαυτὸν, οἱ δὲ πολέμοι σφαιρασάμενοι παῖδας πρεῖς καὶ κόρας ἵστας τὴν δεινὸν, καὶ κραιβὲς μέλας πρεῖς, ὡς μύλο μὲν ὡς δεξιόμοι ἐς χεῖρας

bundus eorum agrum ingreditur & vastat : atque ita Autariatæ sedibus suis se continuere. Langarus amplissimis honoribus ab Alexandro affectus, munera etiam accepit quæ apud Macedonum reges habentur summa. Sororem etiam Alexandri Cynam nomine, ubi Pellam reversus esset, uxorem se illi daturum spondet : sed Langarus domum reversus morbo obiit. Post hæc Alexander secus Erigonem fluvium iter faciens, Pellion venit : quam urbem Clitus occuparat, ut totius regionis munitissimam. Quo simulac venit Alexander, castris ad Eordaicum flumen positus postredie muros adoriri statuit. Clitus suis copiis montes urbi circumjectos qui maxime alti & sylvis densi erant infederat, ut si Macedones urbem adorirentur, omni ex parte irruere in eos posset. Glaucias vero Taulantiorum rex nondum advenerat. Quum itaque jam Alexander urbi immineret, hostes macæatis tribus pueris & totidem puellis tribusque nigris arietibus, erumpunt tanquam cum Macedonibus manus conserturi. Quumque jam propius convenissent, loca quæ occupant

ἔς Μακεδόνας. Οἱ μὲν δὲ γενόμενοι ἐξέλιπον καὶ

41 Βεῖ Πέλλιον πόλιν] Valde vacillat in MSis hoc urbis nomen. Invenio enim præter vulgatum quoque Πέλλιον cum gemino Πέλλιον πόλιν & Πέλλιον πόλιν & Πέλλιον πόλιν, quod retinet optimus : neque aliter habet in versione Facius. Etiam in Supplementis Curtianis Freinshemius probat Pelium, quod Daffaretiz oppidum, ex Livio xxxi, 40, quem margini apposuit, illic appellat; & merito dices, si inspexeris Ortelii eum præcedentis in hac sententia Thesaurum in eo vocabulo, ubi committit Livium, Arrianum & Stephanum, putatque tres illos eandem innuere urbem. Hoc unum maxime miror, vel cur vel unde sibi vindicaverit Freinshemius, ut id oppidum dixerit Eordaico flumini imminens. Certe Arrianus id non dicit, neque quisquam alius antiquorum. Et ex Arrianæ narratione apparet Alexandrum hæctenus juxta ripam Erigonis profectum, illic, ubi minimo distabant intervallo, ab eo deflexisse ad flumen Eordaicum, qui est ipse Apsus: transquem fluvium videtur sita fuisse urbs Pellium. Et utique potest quis castris alibi positis sequenti die aggredi urbem aliquot stadia inde distantem. Et tale quid hic accidisse manifestum est ex hac ipsa narratione, ubi dicitur sequenti die nil aliud nisi oppidanos compulsos in urbem, coactos relinquere circumjecta in agris castris, ex quibus eos tunc ejecerit Alexander. Facius Eordaicum. MSS. Opt. statim Ἀλέξανδρος ἐρδαϊκὸν ποταμὸν.

42 Οἱ μὲν δὲ γενόμενοι] In uno MS. erat γινόμενοι, in optimo γινόμενοι; nec est, cur ultra loloio vicitare curiamus, aut Arrianum suo fraudemus. Sunt enim verba per se absoluta; & subintelligitur Ἀλέξανδρος καὶ τὸν πολέμιον, prorsus quasi diceret, ὡς οἱ οἱ μὲν ἰσχυροί, quomodo alias loqui solet. Sic cap. 6 ἔτι χαίροντες ἡ τὰ φέρει προδεδωμένους, οἳ δὲ ἐν φόβῳ ἀπὸ ἀλλήλων αἰσινῶν Ἀλέξανδρον, quum nihil impediret quarto casu uti οἰσινῶν. Lib. iv cap. 4 ὁ δὲ βασιλεὺς μὲν ἔφρονε ἢ γινόμενοι. Omnis poterat γινόμενος usurpare. Sic violatus est hic auctor lib. v cap. 10 βούττα ἐπὶ τοῦ καὶ ἀπὸ τῶν Εὐκαλίων, καὶ ἄλλα ὅσα ἐπὶ διαβάσει συσκευάζονται. Quæ quidem

non nego bene se habere, sed MSS. omnes etiam ille optimus συσκευάζονται, ut prorsus constet, non assecutos eam scripturam fuisse illos, qui libros MSS. tractaverunt : hoc est, quæ ab transitum apparantibus fieri solent. Immo sic plane & Basileensis editio, ut plane vel Stephano vel Vulcanio importuna hæc mutatio exprobrari debeat, quorum hic tamen postea etiam in MS. August. invenit συσκευάζονται. Contrariam vicem expertus est Arrianus lib. vi cap. 6 ἐς οἱ τὴν ἀρχὴν συμφορῶν καὶ οἱ μὲν τινὰ ἡμῶντο, horrendo sane nuperi Tiresiz stupore. Nam quum id absque dubio operarum negligentia primo invasisset in editionem Stephani vel Vulcanii, iste longus homo fide bona imitatus est, nec à Richelianiis aut Gandavensibus scedis admonitus est ad aperiendos oculos, quum non modo MSS. omnes quos consulgi, etiam optimus, sed editio quoque Basileensis, etiam Veneta, manifeste præferant συμφορῶν, cui in tanto consensu litem movere, erit calces stimulo impingere. Inprimis quum etiam insulsiissime vertat Vulcanius, & distinctiones ab Arriano positas vane immutet dicens: quumque multi vulneribus acceptis inutiles ad pugnandum effecti in arcem se recepissent; ii se aliquamdiu ex loco edito adituque difficili tutati sunt. Quod plane ineptum. Si enim per vulnera inepti facti fuerunt ad pugnandum è muris, quomodo potuerunt tutari arcem; hoc est, pugnare pro arce & ex loco edito se tutari? Sed satis est id non dicere Arrianum, & τραυματίας intelligit non alios, quam per vulnera inutiles effectos. Sed præter & occisos & τραυματίας alii in arcem se receperunt & eam tutati sunt. Id dicit clare auctor. Maxime mirifica ἀνακαλυφθῆα reperitur lib. ii cap. 7. Καὶ ἔθνη ὅσα κατοικούντες εἰς τὸν Εὐξείνιον πόντον καθ' ὅδον σφίσι γίνοντο. Jam ergo non opinor esse, cur quidquam negotii facessat Evangelista Lucas viii, 10. καὶ ἀπὸ πύλων αὐτῶν, λεγόντων. Ἡ μήτηρ σου καὶ οἱ ἀδελφοί ἐσθλασιν ἔσω. Mavult vero optimus codex plurali numero quam duali uti. Sic enim iv, 8. Οἱ πῶς ἐς Δίαν ἀνέχθη αὐτοῖς ἡ γένεσις, scilicet Διοσκύρου, ubi tamen ille habebat αὐτοῖς.

καίτοι καλῶς ὄντα τὰ καὶ πλημμέλεια πρὸς σφῶν
 χρεῖα, ὥς τε καὶ τὰ σπάρτα αὐτῶν χαλεπήθη
 ἐπὶ κείνῳ. Ταύτη μὲν δὴ τῇ ἡμέρᾳ κατακλεί-
 σας αὐτὸς ἐς τὴν πόλιν, καὶ στρατοπέδουσα μὲν
 πρὸς τὰ τείχη, ἐγνώκει τὴν εὐχρηστικότητα
 αὐτῆς. ἣ δὲ ὑπεραίρα παρῆν μὲν πολλῆς δυ-
 νάμεως Γλαυκίας ὁ τῶν Ταυλαντίων βασιλεύς.
 Ἐνθα δὴ Ἀλέξανδρος τὴν μὲν πόλιν ἀπέγνω
 εἰλεῖν ἀν' ἑωῦ τῇ παρῶσθι δυνάμει, πολλῶν μὲν ἐς
 αὐτὴν καὶ μαχίμων συμπεφυκότων, πολλῶν δὲ
 ἅμα τῷ Γλαυκίᾳ προσκεισομένων, εἰ αὐτὸς
 τῷ τοίχῳ προσμάχοιτο. Φιλάτω δὲ, ἀναλα-
 βόντα τὴν ἰππέωσιν ὅσας ἐς προσφυλακὴν, καὶ τὰ
 ὑποζύγια τὰ ἐκ τῶν στρατοπέδων, ἐς ἐπισημοῦν
 ἐπέμπευ. Καὶ ὁ Γλαυκίας μάθων τὴν ὁρμὴν τῇ
 ἀμφὶ Φιλάτῳ, ἐξελαύνει αὐτὸς, καὶ κατα-
 λαμβάνει τὰ κύκλω ὅρη τῶν πεδίων, ὅθεν οἱ ξυῶ
 Φιλάτῳ ἐπισημοῦσθαι ἐμελλον. Ἀλέξανδρος
 δὲ, ἐπειδὴ ἀπὸ γῆρας αὐτῶν ὅτι κινδυνεύουσιν
 οἱ τε ἰππεῖς καὶ τὰ ὑποζύγια, εἰ νῦν αὐτὸς
 καταλήψεται, αὐτὸς μὲν ἀναλαβὼν τὰς τε ὑπα-
 στας καὶ τὰς τοξότας καὶ τὰς Ἀρχιῶνας καὶ ἰππεῖς
 ἐς τετρακοσίους, ἐβόηθη σπεύδειν. Ἰδὲ δὲ ἄλλο στρα-
 τῶμα πρὸς τὴν πόλιν ἀπέλιπεν, ὥς μὴ, ἀπο-
 χωρήσαντι παντὸς τῶν στρατῶν, καὶ οἱ ἐκ τῆς πόλεως
 ἐπιδημιῶντες τοῖς ἀμφὶ Γλαυκίαν συμμαχέσθαι.
 Ἐνθα δὴ Γλαυκίας προσάγει τὸν Ἀλέξανδρον
 αἰσιδόμην, ἐκλείπει τὰ ὅρη. οἱ δὲ ξυῶ Φι-
 λάτῳ, ἀσφαλῶς ἐπὶ τὸν στρατόπεδον διεσώθη-
 σαν. Ἐδὸς δὲ ἐπὶ τῷ Ἀλέξανδρον ἐνδυχαίᾳ
 ἀπειληφέναι οἱ ἀμφὶ τὸν Κλεῖτον καὶ Γλαυκίαν
 τότε καὶ ὅρῳ τὰ ὑποζύγια κατεῖχον, πολλοῖς
 μὲν ἰππεύουσιν, πολλοῖς δὲ ἀκονίζουσιν καὶ σφενδονή-
 ταις, καὶ ὀπλίταις δὲ ὅκ' ὀλίγαις. καὶ οἱ ἐν
 τῇ πόλιν κατελημμένοι προσκείμεσθαι ἀπαλ-
 λατομοῖς ἐμελλον. τότε χρεῖα, δι' ὧν ἡ πα-
 ροδὴ καὶ τῷ Ἀλέξανδρῳ, πρὸς καὶ ὑλῶδῃ ἐφαί-
 νετο, τῇ μὲν, πρὸς τὸ ποταμὸν⁴³ ἀπειρομάχῳ,
 τῇ δὲ, ὅρῳ τῶν ὑποζυγίων καὶ κρημνοῖς πρὸς
 τὸ ὄρος. ὥς δὲ ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ἀν' τῷ
 6 στρατεύματι ἡ παροδὴ ἐγένετο. Ἐνθα δὴ ἐκ-
 πύσσεται τὸν στρατὸν Ἀλέξανδρος ἕως ἑκατὸν καὶ
 εἴκοσι τῶν βάθῃ τῶν φάλαγγος. Ἐπὶ τὸ χέρας
 δὲ ἑκατέρωθεν⁴⁴ ἀφ' ἑκατοῦς ἰππεῖς ἐπιτάξας, παρήγγελλε σιγῇ ἔχειν, τὸ τῶν βαλ-
 λόμενον ὅξενος δεχόμενος. καὶ ἰὰ μὲν πρῶτα ἐσήμανεν, ὅθεν ἀναλίσσονται δόρατα τοὺς ὀπλίτας,
 ἔπειτα

parant aspera alioqui & munita deserunt,
 adeo ut etiam hostiæ ibidem relictæ sint
 repertæ. Eo ipso die hostibus intra mœnia
 conclusis, castrisque ad muros positis, sta-
 tuerat Alexander alio in orbem muro ducto
 ipsos intercludere. Postridie vero quum
 Glaucias Taulantiorum rex cum ingenti
 exercitu eo pervenisset, nec speraret Ale-
 xander se iis quas adduxerat copiis urbem
 capere posse, quod & multi & strenui in
 urbem confugissent, multique cum Glau-
 cia aggressuri essent, si ipse murum oppu-
 gnaret: Philotam, sumto equitatu qui
 præsidio sufficeret, cum jumentis castrensi-
 bus frumentatum mittit. Glaucias, cognito
 Philotæ adventu, in eos movit, & montes
 campo in quem Philotas frumentatum itu-
 rus erat circumjectos occupat. Alexander,
 simulac ei renuntiatum est, equitatum &
 impedimenta in magno discrimine versari, si
 nox eos occupet, ipse confestim scutatis &
 sagittariis atque Agrianis equitibusque qua-
 dringentis secum sumtis, auxilio advolat,
 reliquo exercitu ad urbem relicto; ne uni-
 versis exercitu discedente, oppidani excur-
 rentes cum Glaucia conjungerentur. Glau-
 cias, ut sensisset Alexandrum adventare,
 montes deserit, atque ita Philotas tuto se
 in castra recepit. Existimabant adhæc Cli-
 tus & Glaucias difficultate locorum inter-
 ceptum esse Alexandrum. Nam & montes
 opportunos magno equitum, jaculatorum &
 funditorum numero infederant, & armatis
 militibus non paucis; & qui in urbe relictæ
 erant, in abeuntes irrupturi erant. Præter-
 ca loca per quæ Alexandro transcendendum
 erat angusta & sylvosa erant: hinc flumi-
 ne, atque inde monte excelsis atque præ-
 ruptis viam adeo coarctantibus, ut ne qua-
 tuor quidem scutatis militibus conjunctim
 iter esset. Alexander aciem ita instruit, ut
 6 centum viginti in spissitudine phalanx ha-
 beat: equitesque in utroque cornu ducen-
 tos locans, mandat, ut silentio habito
 mandata celeriter excipiant. Ac primo ut
 loricati erigerent hastas imperat, deinde ut
 signo

43 Τῇ μὲν πρὸς τὸ ποταμὸν] Opt. τῇ μὲν ἢ πρὸς. Et li-
 cet in versione Vulcanius duas periodos miscuerit, ta-
 men Græca necessario sic dividi & legi debent, ὑλῶδῃ
 ἐφαίνετο. Τῇ μὲν ἢ πρὸς &c. Dein MSS. libri omnes non
 τῷ βάθῃ τῶν φάλαγγος, sed τὸ βάθος.

44 Ἐπὶ τὸ χέρας δὲ ἐκατέρωθεν] Parum capio, cur
 Freinsheimius id interpretatus sit ante utrumque phalangis
 cornu in Supplementis 1, 12, 24. Haud dubie veretur,
 ne labes hic quædam sit, quum Arrianus, ubi ante di-

xit viam vix quatuor scutaris permeabilem, nunc ab
 phalange eam transiri, idque tot equitibus in cornua,
 affirmet. Sed cogitare debemus nondum se demisisse A-
 lexandrum in eas angustias: quas introiturus, variis
 aciei agitationibus alia minatur, alia aggressus est; ut
 duntaxat hic ejus ordo ab Arriani manu sit alienus.
 Mox etiam optimus & προσβολὴν. Et sane προσβολὴν ἀρ-
 ταν nulla est. Notavit quoque Vulcanius ex Augustano.
 Quin & olim sic Basilicenses ediderunt & Veneti.

ἔπειτα ἀπὸ ξυμπήματι Ⓢ ποτεῖναι ἐς ὠρεβο-
λίω, καὶ νῦν μὲς τὸ δεξιὸν ἐκλίνας ἢ δρεψῶν
τὴν συγκλεισιν, αὐθις δὲ ἐπὶ τὰ δεξιτερα. Καὶ
αὐτὴν δὲ τὴν Φάλαγγα ἐς τε τὸ πρῶτον ὀξέως
ἐκίνησε, καὶ ἐπὶ τὰ κέρατα ἄλλοτε ἄλλῃ παρή-
γαγε· καὶ ἔτι πολλὰς τάξεις τάξας τε καὶ με-
κομήσας ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, καὶ τὸ εὐώνυμον,
οἷον ἔμβολον ποιήσας τὴν Φάλαγγα, ἐπὶ γεν-
ῆς πολέμους. Οἱ δὲ πάλαι μὲν ἐθαύμαζον,
τὴν τε ὀξύτητα ὁρῶντες καὶ τὸ κόσμον τὴν δρωμενῶν.
τότε δὲ πρῶτον ἡδὴ τὴν ἀμφὶ Ἀλέξαν-
δρον οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλὰ λείπυσιν τοὺς ὠρεῶς
λόφους⁴⁵. Οἱ δὲ καὶ ἐπαλαλάξαι ἐκέλευσε τοὺς
Μακεδόνες, καὶ τοῖς δρεψῶσι δεπῆσαι πρὸς
τὰς ἀσπίδας⁴⁶. οἱ δὲ Ταυλάνιοι ἐπὶ μᾶλλον
ἐκπλαγνέτες πρὸς τὴν βοῆς, ὥς πρὸς τὴν πό-
λιν ἐπαρήγαγον σπευδῆναι τὴν στρατόν. Ἀλέξαν-
δρος δὲ λόφον πῖνὰς κατέχοντες ἰδὼν ὅτι πολλὰς
τὴν πολέμων, παρ' ὅν αὐτῷ ἡ παράδοσις ἐγένε-
το, παρήγαγε τοῖς σωματοφύλαξι καὶ τοῖς ἀμφ'
αὐτὸν ἐταίροις, ἀναλαβόντας τὰς ἀσπίδας ἀνα-
βαίνειν ἐπὶ τὸ πῶμα, ἐπὶ τοὺς ἵππους⁴⁷, καὶ
ἐλαύνειν ἐπὶ τὸ γίλοπον· ἐκείσε δὲ ἐλθόντας,
εἰ ὑπομνῶσι οἱ κατελιπότες τὸ χεῖρον, τοὺς
ἡμίσεας κατεπιδεῖναι ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ ἀνα-
μιχθῆναι τοῖς ἵππεσιν περὶ μάχης. Οἱ
δὲ πολέμοι τὴν ὁρμὴν τὴν Ἀλεξάνδρου ἰδόν-
τες, λείπυσιν τὸ γίλοπον, καὶ παρεκκίνησιν ἐφ'
ἐκείσε τὸ ὄρῳ. Ἐνθα δὲ κατελαβὼν Ἀλέξανδρος τὸ γίλοπον σὺν τοῖς ἐταίροις⁴⁸, τοὺς
τε Ἀγριᾶνας μεταπέμπε, καὶ τοὺς τοξότας ὄντας ἐς διαχίλις· τοὺς δὲ ὑπακιστάς ἀφαι-
νειν τὸ ποταμὸν ἐκέλευσε, καὶ ἐπὶ τούτων τὰς τάξεις⁴⁹ τὴν Μακεδόνων· ὅποτε δὲ ἀφαιρῶντες
τύ-

signo dato in adversum dirigant, tanquam
impetum facturi, ac modo dextrorsum,
modo sinistrorsum hastarum cuspides fle-
ctant. Ipse interea phalangem celeriter pro-
movit, & in cornua aliter atque aliter du-
xit: atque ita immutatâ in varias formas
brevi tempore aciei structurâ, à læva tan-
quam in cuneum redactâ phalange in ho-
stes fertur. Hi vero diu mirati sunt quantâ
celeritate quoque ordine res gesta esset:
neque jam Macedonum impetum sustinen-
tes, primos montes deferunt. Tum Alexander
clamores edi, hastisque scuta quati jubet.
Quo clamore vehementius perculsi Taulan-
tii exercitum celeriter urbem versus mo-
vere. Alexander animadvertens exiguam
quandam hostium manum collem tenere
quâ iter fecerat, corporis sui custodibus,
& amicis qui circa eum erant, imperat uti
assumptis scutis, ad flumen equos conscen-
dant & collem petant. Quo ubi ventum
esset, si hostes qui locum illum occupa-
bant eos opperirentur, dimidia pars ex
equis desiliant, & equitibus misti, pedites
confligant. Hostes, adventantem Alexan-
dram conspicati, collem deferunt, & utrinque
per montana diffugiunt. Eum collem Alexan-
der cum amicis capit, & Agrianorum at-
que sagittariorum duobus circiter millibus
ad se vocatis, scutatos flumen trajicere ju-
bet: postque hos, Macedonum cohortes.

Ubi

45 Αὐτοὶ τὴν πρῶτην λόφους] Vulcanius montes deferunt. Distinctius vides agi in Græcis. Paulo ante etiam quatuor scripti & in his optimus ἐς τὸ πρῶτον, quod secutus sum. Sic & Vulcanius ex August.

46 Τοῖς δρεψῶσι δεπῆσαι πρὸς τὰς ἀσπίδας] Pro vocula πρὸς unus ex MSS. habebat καὶ, sed optimus utramque ignorabat. Et fane sic Polybius xv, 12 συμφασσάσας τοῖς δρεψῶσι τὴν θύραν. Et xi, 28. συνέφασσας τοῖς μαχηταῖς τὴν θύραν. Lucianus solet dicere τὰ ξίφη vel τὰ δρεψῶν πρὸς τὰς ἀσπίδας. Diodorus Sic. 1, 67 τοῖς κοιτοῖς τὰς ἀσπίδας πατάσσειν.

47 Ἀναβαίνειν ἐπὶ τὸ πῶμα ἐπὶ τοὺς ἵππους] Tres illæ voces ἐπὶ τὸν ποταμὸν non modo nihil bene hoc loco significant, sed omnino importunæ veniunt. Accesserat jam Alexander ad πρῶτην λόφους relictos ab hoste, hinc festinans ad aliam hostium partem, quam in colle alibi restare conspiciebat, jubet partem suorum equos conscendere collemque istum petere. Non potest non insipida & præter auctoris mentem appositâ esse hujus fluvii mentio, ut apparet tum ex interpretatione Facii ex ipso flumine inscensibus equis collem petant, tum ex Vulcanii ad flumen equos conscendant. Ad flumen fuerunt omnes, quum urbem obsiderent: non nunc. Itaque indicante palmariam hanc restitutionem optimo MSto eas tres prorsus ejiciendas pronuncio.

48 Κατελαβὼν Ἀλέξανδρος τὸ γίλοπον σὺν τοῖς ἐταίροις] Facius cum collem cum amicorum cohorte Alexander capit. Plenissime, ut vides. Ergo quum & hæc & locum hunc sic distinctum videret nuperus Swartardus, & Vulcanius unde unde illa σὺν τοῖς ἐταίροις prætermisisset,

83 Ἑλλήσποντον ἀπ' Ἑλλησπόντου] Vulcanius, ἀπ' Hellespontu solus, quum adhuc esset in Macedonia. Itaque notavit absurditatem istam Gentemesnilius jubens legere ἐπ' Ἑλλήσποντον, ut sensus requirit palam. Sed non tam sensus solus, quam quomodo sensum Arrianus expresserit, attendendum. Nam certe ante Gentemesniliū recte interpretatus sensum fuerat Facius, cum exsensu ad Hellespontum movit. Hic autem MSS. omnes habent ἐπ' Ἑλλήσποντον. Et solet Arrianus tam secundum quam quartum casum huic propositioni adjungere. Sic infra. Ἐπὶ Μιλῆτι ἐστάλετο. Lib. III cap. I ἐπ' Αἰγύπτου ἐστάλετο, ubi Veneti & Basileenses ediderant Αἰγύπτου. Et cap. 6 ἐστάλετο ἐπὶ Πελοποννήσου. Sic enim MSS. Florentini, sic ex Augustano Vulcanius, quum priores indocte Πελοποννήσου antehac exhibeant. Itaque & libri II initio pro ἐπὶ Αἰγύπτου πάλιν reponendum Αἰγύπτου, & vice versa III, 25 pro καὶ ἐπὶ Βαβυλῶνι, corrigendum Βαβυλῶνι, quia utrobique ita non solum optimus codex sed in primo loco omnes MSS. exhibent: atque etiam illud Αἰγύπτου apparet in Basileensi editione. In Ind. cap. 43 solus Augustanus recte ἐπ' Αἰγύπτου. Hinc est, quod nolim audire Casaubonum in verbis Strabonis lib. IX pag. 408. Σχοιῖος ἐπὶ χερσὶ τῆς Θεσσαλίας κατὰ τὴν ὁδὸν τὴν ἐπὶ Αἰθιοπίας, legere jubentem ἐπὶ Αἰθιοπίας, quia paulo post ἰγγύς τ' ἐπ' Αἰθιοπίας ἔστι, & quia sic Eustathius: utrumque enim æque justum & probum est. Non item, quum idem magnus vir in Theophrasteo charactere ἀναμνηστικῶς pag. 269 pro ἐπὶ θάλασσης φησὶ, scribi jubet ἐπὶ θάλασσης vel ἐπὶ θάλασσης. Per-

peram putat prius nihil significare: significat enim prorsus idem quod ἐπὶ θάλασσης.

84 Ἐπιτρέψας, αὐτὸς δὲ ἄγων] Revocavi distinctionem editionis Basileensis, quæ à Vulcanio inepte immutata, ineptius ab novissimo editore admissa & retenta est, ut post verbum ἐπιτρέψας poneretur εἰς τὴν τριτάτην. Vulcanium hujus culpæ auctorem ipsa ejus interpretatio prodit, quæ hinc quoque novam periodum inchoans finit secum ducit. Mirum cur Græca sic suspensa reliquerit, & non etiam ediderit ἄγχι.

85 Ἦν δὲ αὐτῶν ὁ εἶδος παρὰ τὴν λίμνην] Vindicavimus satis perspicue hunc locum ab perverso intellectu interpretum, qui de classe hæc acceperunt. Sed ante omnes video hic voluisse acrimoniam insignem ostendere Freinsheimium in Supplementis, non modo de classe accipientem ista, sed etiam causas dantem, cur huc iverit, non tantum παρὰ, sed διὰ τὴν λίμνην. Scribit enim: Hoc modo per lacum, quem à vicini montis nomine Cercinitem vocant, ubi classem habebat, in Strymonem invehens, Amphipolim & deinde ad ostia Strymonis processit. Digna Curtio supplementa. Scilicet Cercinitem lacus coibat cum Strymone, & sic reges Macedoniae in eo lacu soliti habere classem. Egrege id ex hoc loco sequitur. Nos in hujus partis interpretatione versati sumus ut decuit. Deinde optimus & alii ex antiquis παρήμειπεν. & pro Πάγαιον complures, & inter hos Perusinus, Πάγαρον ingenio solenni scribarum in depravandis appellationibus locorum.

τὴν πεπρωμένην. Εἰ κείθεν δὲ ἀφ' ἧς Παμφυλίας ὅππῃ
τὴν Μέλαναν ποταμὸν ἐρχεῖται. Διαβὰς δὲ καὶ τὴν
Μέλαναν, ἐς Σητὸν ἀφικνεῖται ὅν ἐκκοσι ταῖς
πέντε ἡμέραις ἀπὸ τῆς οἰκουμένης ἐξορμήσεως. Εἰ
θὼν δὲ ἐς Εἰλεῦντα, οὗ Πρωτεσίλαος ὅππῃ τῷ
πατρὶ τῷ Πρωτεσίλαος, ὅππῃ καὶ Πρωτεσίλαος
τῷ πατρὶ ἐδὲκεν ἐκβιῶν ἐς τὴν Ἀσίαν τῇ ἑλληνικῇ
τῇ ἡμέρᾳ Ἀγαμέμνονι ἐς Ἴλιον στρατεύσαντων.
Καὶ ὁ νῆς τῷ θυσιᾷ καὶ, ὅππῃ τεχέρας οἱ γενέ-
σθαι τῷ Πρωτεσίλαο τὴν ἀπόβασιν. Παρμυρίων
μὲν δὴ τῇ περὶ τῶν πολλῶν, καὶ ἡ ἴππων
ἀφ' ἑβδόμης ἐτάχθη ἐκ Σητὸς ἐς Ἀβυδὸν καὶ
διέβησαν εἰς ἡρώσι μὲν ἐκείθεν καὶ ἐξήκοντα⁸⁷, πλείοις
δὲ ἄλλοις πολλοῖς τροχίοις. Ἀλέξανδρον δὲ
ἐξ Εἰλεῦντος ἐς τὴν Ἀχαιοῦ λιμένα κατὰ ἄρᾳ ὁ
πλείων λόγος κατέχῃ, καὶ αὐτὸν τε κυβερνῶντα
ἡνὶ στρατηγὶδα ναυῶν ἀφ' ἑβδόμης καὶ ἐπειδὴ
κατὰ μέσον τὸ πόντον τῷ ἑλληνιστῶν ἐγένετο,
σφάζοντα ταύρον, τῷ Προσδῶνι καὶ Νηρηΐσι
σπένδειν ἐκ χυσοῦς φιάλης ἐς τὸν πόντον. Λέγου-
σι δὲ καὶ ὡρῶν ἐκ τῆς νεῶς σὺν τοῖς ὅπλοις ἐκ-
βιῶν αὐτὸν ἐς τὴν γῆν τὴν Ἀσίαν, καὶ βαμύς
ιδρύσασθαι⁸⁸, ὅθεν τε ἐτάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης,
καὶ ὅππῃ ἐξέβη τὴν Ἀσίαν, Διὸς ἀποβατηρίου καὶ
Ἀθηνᾶς καὶ Ἡρακλέους ἀμελθόντα δὲ ἐς Ἴλιον,
ἡνὶ τε Ἀθηνᾶς θυσιᾷ ἡνὶ Ἰλιάδι, καὶ τὴν πανο-
πλίαν

difficulus transmissio, per Pæticam regio-
nem ad Melana fluvium venit: eoque etiam
trajecto, vigesimo postquam è Macedonia mo-
verat die Seston adigit. Inde Eleunta pro-
fectus, Protefilao super ipsius tumultum sa-
crificat: quod Protefilaus creditur, Græ-
corum, qui cum Agamemnone ad Ilium
militarunt, primus in Asiam pedem intu-
lisse. Sacrificii vero scopus hic erat, ut fe-
licior ipsi quam Protefilao descensus in A-
siam esset. Parmenioni Alexander peditatus
maximam partem & equitatum ex Sesto in
Abydum trajiciendi negotium dat: qui
quidem triremibus centum & sexaginta
aliisque navibus onerariis quamplurimis
transvecti sunt. Alexandrum ex Eleunte in
Achæorum portum navigasse plures scri-
bunt, navisque prætoris gubernatorem
fuisse: quumque jam in mediis Hellesponti
fluctibus versaretur, mactato tauro, Nep-
tuno ac Nereidibus aureâ phialâ in mare
profusâ libasse. Ferunt etiam primum ex
nave cum armis in Asiæ terram descendisse,
altariaque struxisse Jovi descensori, &
Minervæ, & Herculi, eo loci unde ex
Europâ solvit, & in Asiâ appulit: quum-
que in Ilium venisset, Palladi Iliacæ sacri-
ficasse: universisque armis, quibus uti so-
leret,

⁸⁶ Διαβὰς καὶ τὴν πεπρωμένην. Ferri potest, ut tertia vox
pro τῷ ποταμῷ sumatur. Quomodo 11, 4 καθ' ἣν ἰδίαν Ἀλέ-
ξανδρος φασί μετὰ, καὶ τὴν καλὴν καθ' ἣν. In Indicis cap.
34 καὶ τὴν ἰσχυρὰ καὶ οἱ ταύτη ἰλαύνουσιν. MSus tamen
optimus καὶ τὴν Εἰλεῦντα, quod vere Arriani facilitati
convenit. Nam quod paulo ante in variis MSSorum
lectionibus Εἰλεῦντος & Εἰλεῦντος procaciter superbire nuper vo-
luerunt ita, unius literæ mutatione scribendum Εἰλεῦντος ja-
cantes, fatui & ridiculi sunt, quum sic jam olim ver-
terit Facius, & sequutus in Supplementis Freinshemius.
Multo ineptiores, quod ad rem certissimam tot aucto-
rum testimonia, quasi eis indigeret, vocant, maxime
quum jam Ortelius Hebrum Plinio & Ptolomæo sine ad-
spiratione dici Εἰλεῦντος apud Arrianum & Alexandri notaverit
retro tam longe. MS. optimus plane illic τὴν Εἰλεῦντα.
Etiam Vulcanius ex Augustano prorsus Εἰλεῦντος. Idem
præterea cum quibusdam aliis & hic Εἰλεῦντα, & infra
Εἰλεῦντος, licet sciam viros doctos pugnare pro vulgata.
⁸⁷ Εἰλεῦντος καὶ ἐξήκοντα. Vix credibile est Freinshe-
mium, tam seduli laboris virum, potuisse in Supplem.
Curt. 11, 5, 25 scribere: Inde cum quinquaginta longis
navibus Sigeum petiit, idque ex Arriano nostro &
Diodoro XVII, 17, quum apud hunc in Græcis clare ha-
beatur αὐτὸς δι' ἡμετέρας ναυσὶν ἐξήκοντα καταπλεύσας πρὸς
τὴν Τρωάδα χώραν. Sed nimirum, quia ibi in Latinis mi-
serabili & sædo errore editum fuit, ipse quinquaginta
cum navibus longis, ut cognosceremus unde & quo cum
studio ista Supplementa confecta sint. Arrianus autem
plane eum numerum improbat, ut audimus: ubi quam
sibi constet, apparet ex capite 19 hujus libri, ubi ejus-
dem navium numeri ductorem scribit Nicanora.

⁸⁸ Βαμύς ἰδρύσασθαι &c.] Locus animadversione di-
gnus. Nam quum ab Arriano dicatur Alexander aras
statuisse & ubi in Europa descendit, & ubi in Asiâ ap-
plicuit descenditque Jovis descensoris, Minervæ & Her-
culis, quum hoc inquam ordine collocata sint verba
Arriani, & eundem in interpretatione ordinem servasset

Facius: Vulcanio contra placuit eum invetere, dicere-
que eum altaria struxisse Jovi descensori & Minervæ &
Herculi eo loci unde ex Europa solvit & in Asiâ appu-
lit: quasi intelligeret, nisi fallor, horum aras utroque
loco illo positas. At vero Berneggerus Justino contra-
rium facit Arrianum, quippe hoc dicente lib. XI cap. 4
Alexandrum naves onerantem, conspecta Asiâ, duo-
decim aras Deorum in belli vota statuisse, notat, Jovi
descensori & Minervæ & Herculi struxit aras ait Ar-
rianus lib. XI. Freinshemius quid intellexerit, celare nos
voluit scribens in Supplementis. Ara deinde constituta
sunt, ubi exscensionem fecerat, Jovi descensori, Minervæ
que & Herculi: eo quoque loco unde ex Europa solve-
rat, aras exstrui jussit. Sed quanquam cælet, verissime
tamen videtur moderari. Nam haud dubie Διὸς ἀποβα-
τηρίου ara non potest vocari, nisi à loco, in quo ἀπο-
βατῆρες solent homines, qui navigarunt (sic enim ἀπο-
βατῆρες & ἀποβατήρια intelligunt Græci) non in quo con-
scendunt navem homines navigaturi. Itaque hæc aras,
de quibus loquitur Arrianus, positæ fuerunt in Asiâ,
at illæ, de quibus agit Justinus, certe in Europa, &
id innuit quoque Arrianus, quum dicit βαμύς ἰδρύσασ-
θαι, ὅθεν τε ἐτάλη ἐκ τῆς Εὐρώπης, scil. τινῶν θυῶν, quos
expressit Justinus. Sed & ipse Justinus an non etiam in
descensu in Asiâ positas aras testatur fuisse? Immo
certe, scribens, in extremo isto capite; Cum delati in
continentem essent, Alexander jaculum velut in hostilem
terram jecit, armatusque, primus de navi, tripudians
similis, profuit; atque ita hostias cedit, precatus, ne
se regem ille terre invite accipiant. Sic enim transposito
verbo primus vel legendæ sunt, vel intelligendæ saltem
istæ voces, si sententiam Justiniani salvam & claram vo-
lumus. Videmus autem à Justino quoque prodi hostias
illic ab Alexandro cælas: id sine aris fieri non potuit.
Indicat ergo Arrianus, ad quorum Deorum aras illæ
fuerint cælas, atque ita non pugnant hi duo auctores,
nec interpretis Vulcanii officium fuit omnia convertere.

πλίσια ἴην αὐτῷ ἀναβῆναι ἐς τὸ νεὼν⁸⁹, καὶ χα-
 θελεῖν ἀντὶ ταύτης τὸ ἱερὸν ἵνα ὅπλων ἐπὶ ἐκ τῆς
 Τρωϊκῆς ἐργῆς σωθῶμεθα· καὶ ταῦτα λέγουσιν
 ὅτι οἱ ὑπασπιστὰς ἐφερον παρὰ αὐτῷ ἐς τὰς μά-
 χας· οὕτως δὲ αὐτὸν καὶ Πειράμω ὅπλῳ βωμῶς
 τοῦ Διὸς τῷ ἑκείνῳ λόγῳ⁹⁰ κατεχέμεν Πειρά-
 μω παρὰ τὸν ἱμῶν τῷ Νεοπολέμῳ γένει, ὃ δὲ ἐς
 12 αὐτὸν κατέβηκεν. Ἀνιόντα δ' αὐτὸν ἐς Ἰλίου Με-
 νοίτιος τε ὁ κυβερνήτης⁹⁰ χρυσῶν στεφάνῳ ἐτε-
 φάνωσε, καὶ ὅπλῳ τῷ Χαλκῷ ὁ Ἀθηναῖος⁹¹ ἐκ
 Σιγῆς ἐλθὼν, καὶ πινεσ ἄλλοι⁹², οἱ μὲν Ἑλλη-
 νες, οἱ δὲ ὅπλῳ χεῖροι. Οἱ δὲ, ὅπῃ τὸ Ἀχιλλεύς
 ἄρα τάφον ἐτεφάνωσε· Ἡφαιστῖον δὲ λέγου-
 σιν, ὅπῃ Πατρόκλῳ τὸ τάφον ἐτεφάνωσε, καὶ
 θύδαμῖν σεν ἄρα (ὡς ὁ λόγος⁹³) Ἀλέξανδρον⁹⁴
 Ἀχιλλεῖα, ὅπῃ Ὀμήρου κήρυξ⁹⁵ ἐς τὴν ἐπεί-
 μνημῶν ἔτυχε. Καὶ μὲν τοὶ καὶ ἱὸν Ἀλέξανδρον
 ἔχ' ἡμεῖς ἱστῶμεν ἐνεκα θύδαμῖν σεν⁹⁶ Ἀχιλλεῖος⁹⁷,
 ὅπῃ αὐτῷ γὰρ Ἀλέξανδρον ἔχ' ἡμεῖς ἄλλῳ ὅπῃ
 τυχαίᾳ τῷ χειρὶν τῷτο ἐκλιπὲς ξυμβῆ, ὃ δὲ
 ἐξελύχθη ἐς ἀνθρώπων τὰ Ἀλέξανδρον ἔργα
 ἐπαξίως. Οὕτ' ἐν χαλκογράφῳ, ὅτε πῃ
 μετὰ ἐπὶ οἴσῃ, ἀλλ' ὃ δὲ ἐν μέλῃ ἡδὴ Ἀλέ-
 ξανδρον⁹⁸, ἐν ὅτῳ ἱερῶν τε καὶ Γέλων καὶ Θήρων
 καὶ πολλοὶ ἄλλοι ὁδὸν Ἀλέξανδρον ἐπεοικότες.
 Ὡς τε πολὺ μείον γινώσκῃ⁹⁹ τὰ Ἀλέξανδρον, ἢ
 τὰ Φαυλότατα τὰ παλαιῶν. Ὅποτε καὶ ἡ
 μῦθων σὺν Κύρῳ ἀνδρὸς ὅπῃ βασιλεῖα Ἀρ-
 ξέξῃ καὶ τὰ Κλέαρχου τε καὶ τὰ αὐτῶν ἀλόν-
 τῃ παθήματα, καὶ ἡ κατὰ τὰς αὐτῶν ἐκείνων,
 ἱὸν Ξενοφῶν αὐτῶν κατὰ γὰρ, πολὺ πῃ ὅπῃ
 Φανέρεα ἐς ἀνθρώπων Ξενοφῶν¹⁰⁰ ἐνεκα ἐστίν,
 ἢ Ἀλέξανδρος τε καὶ τὰ Ἀλέξανδρον ἔργα. Καὶ
 τοιγα Ἀλέξανδρον¹⁰¹ ὅτε ξυμῶ ἄλλῳ ἐστρατεύσεν,
 ὅτε Φύγων μέγα βασιλεῖα τῶν τῇ κατὰ τῇ
 ὅπῃ τὸ θάλατταν ἐμποδῶν γινώσκῃ¹⁰² ἐκρε-
 τισεν¹⁰³

leret, in ejus templo fixis, sumpsisse eo-
 rum loco sacra quaedam arma, quæ ex
 Trojano bello adhuc salva erant: quæ qui-
 dem arma scutatos ante ipsum in prælium
 gestare solitos narrant. Sacrificasse etiam
 eum Priamo ad Jovis Hercii aram fama tenet,
 ut Priami iram adversus Neoptolemi
 progeniem, quæ ad ipsum pertinebat,
 deprecaretur. Porro Alexandro Ilium con-
 12 scendenti Menæcius gubernator auream co-
 ronam imposuit: post hunc Chares Athe-
 nicnsis, qui ex Sigæo venerat, atque alii
 nonnulli, partim Græci, partim indigenæ.
 Sunt qui eum etiam Achillis tumulum co-
 ronasse, Hephæstionem vero Patrocli di-
 cant: & felicem quidem, ut rumor est,
 nominavit Achillem Alexander, quod Ho-
 merum præconem ad perpetuandam suam
 memoriam nactus esset. Neque vero im-
 merito hac de causâ Alexandro felix cen-
 sendus Achilles visus est: quum hanc unam
 particulam ad cumulum felicitatis ei defuisse
 contigerit. Neque enim ejus gesta pro digni-
 tate memoriæ prodita sunt, neque quif-
 quam ea aut solutâ oratione aut versu con-
 scripsit, aut lyrico carmine cecinit, quem-
 admodum Hieronis, Gelonis, Theronis,
 aliorumque multorum qui Alexandro nullâ
 ratione comparandi sunt. Quo factum est, ut
 minus notæ sint Alexandri res præclare ge-
 stæ, quam alia vetera minutissima fa-
 cta. Siquidem illa decem millium cum Cy-
 ro adversus Artaxerxem expeditio, & Cle-
 archi atque eorum qui cum eo capti fue-
 runt clades, & eorundem Xenophontæ du-
 ce reditus, illustriora apud homines Xeno-
 phontis operâ sunt effecta, quam aut Ale-
 xander aut ejus res gestæ. Cæterum Ale-
 xander neque alterius cujuscumque exercitum
 ad suum conjunxit, neque Persarum re-
 gem fugiens, descensu ad mare impedi-
 tos

89 Εἰς τὸ νεὼν] MS. Optimus cum altero τὸ νεὼν.

90 Μενεΐτιος τε ὁ κυβερνήτης] Redit ad filium narratio-
 nis, quam ipse ut magis veram simplicemque proba-
 vit: alioquin sibi obloqueretur, quum supra dixerit ipsum
 gubernasse à quibusdam tradi. Etsi ego non possum col-
 ligere id ipsum ab Arriano non agnatum fuisse pro ve-
 ro, & velle nunc Menæcium quendam ut gubernato-
 rem historię inserere. Cur enim quoque non dixit,
 quid muneris possederit ille Chares? sed indicat eum à
 patria à Ἀθηναῖος. Ego nullus dubito, quin id quoque
 fecerit in hoc Menæcio. Deinde si nunc gubernator fuit
 Menæcius, unde tantum de eo in sequentibus silentium?
 & cur Onesicritus illi successor datus? Nihil sane variant
 MSSi, unde nec nobis tentare aliquid in animo est,
 etsi non desit, quod magis placeat: sed multa nobis
 ignorata potuerunt huc intervenisse. Facius indecenter
 regie classis dux.

91 Καὶ τῶν ἄλλων] Quemadmodum in hoc loco ge-
 rant sese Codices MSS. quid nobis de iis videatur, &
 quomodo hic locus sit supplendus, enarravimus in fine
 Supplementorum nostrorum, ipsum Arrianum ex iis
 sanare non dubitantes.

92 Ἡ Ἀλέξανδρον ἔχ' ἡμεῖς τέτυκται ἱστορία ὑδαμῖν σεν Ἀ-

χιλλεῖν] Inspiciamus hic animum nuper editoris, quem
 nunc paterfacit, & ejus inspiciendi copiam dar, dum
 pronunciat nihil animo ipsius verius hac emendatione
 ὑδαμῖν σεν. Primum nescio an non id furtive clepserit
 ex versione Facii ista, fuit baud dubie Alexandro non
 parum fortunatior Achilles ob eam rem existimandus: cer-
 te eandem sententiam vides. Deinde ut dixi, ad ani-
 mum ejus inspiciendum veniamus, sicciorem creta &
 plenum infelicitis scilicet, immo in vera Græci sermonis
 notitia agrestem scabrumque. Quid enim? si omnia
 jam concedamus, an Græcus dicet ὑδαμῖν σεν Ἀλέ-
 ξανδρον, ut Latini felicior Alexandro, idque Arriano im-
 pingemus, & non ὑδαμῖν σεν Ἀλέξανδρον? Ne multa.
 Sermo est absurdus. Vulgarum scripturam tuerentur quo-
 que omnes vetusti codices. Hanc dissertationem Ar-
 riani opportune videtur captavisse Julianus Orat. 11 δι-
 ται ὅδ' ἀλλήλῃς τὸ ὁμοῦ καὶ τὸ ἀντιθέτως τὰ κατὰ τὸν νόμον καὶ τὸ πᾶν
 πλῆθος, ἢ τὰ τῷ Μανεδῶνι ἔργα. Postea ex chirographo
 Vulcanii mutavimus interpretationem, quæ ut respon-
 deret Græcis, adscripsit in ora idem Vulcanius ἱστορία
 vocabulo χαρίων legi debere μόνον. Sed sine causa.

93 Τὸς τῇ κατὰ τῇ ἐπὶ τὴν θάλατταν ἐμποδῶν γινώ-
 σκῃ] Vulcanius, descensu ad mare impeditos. Immo
 descen-

τησιν· ἀλλ' οὐκ ἔστιν ὅστις ἀλλ' εἰς ἀνὴρ το-
σαῦτα ἢ τηλικαῦτα ἔργα χεῖρ πλὴν ἢ μέγε-
θος· ὡς Ἐλληνιστὴν ἢ βαρβάρους ἀπεδείξατο. Ἐν-
θεν καὶ αὐτὸς ὁρμηθῆναι φημί ἐς τὴν δὲ τὴν ἔν-
γραφὴν, οὐκ ἀπαξίως ἐμαυτὸν φανερὰ κα-
ταστήσει ἐς ἀνθρώπους τὰ Ἀλεξάνδρου ἔργα. Ὅς
ὡς δὲ ἀνὰ ταῦτα ὑφ' ἐμαυτοῦ γινώσκω, τὸ μὲν
ὄνομα ὑδὲν δέομαι ἀναγράψαι (ὑδὲ γὰρ ὑδὲ ἀ-
γνώστον ἐς ἀνθρώπους ἐστίν) ὑδὲ παλιν, ἢ τις
μοι ἐστίν, ὑδὲ τὸ γένος τὸ ἐμὸν, ὑδὲ εἰ δὴ ἵνα
δεξιὴν ἐν τῇ ἐμαυτοῦ ἡγήσα· ἀλλ' ἐκείνο ἀναγρά-
ψω, ὅτι ἐμοὶ παλιν τε καὶ γένος καὶ δεξιῶν, οἷον
οἱ λόγοι εἰσὶν τε καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπὶ ἐγένοντο⁹⁴. Καὶ ὅτι
τῶν

tos vicit : neque quisquam est mortalium
qui solus tam præclara & numero & ma-
gnitudine aut inter Græcos aut inter barbaros
facinora ediderit. Atque hac quidem de
causâ me ad hanc historiam conscribendam
impulsus fuisse profiteor, non indignum
me censens per quem Alexandri res gestæ
apud homines notæ celebresque efficeren-
tur. Quisquis vero sim qui ita de me sen-
tiam, nomen quidem adscribere nihil atti-
net (neque enim obscurum illud inter mor-
tales est) sed nec patriam nec genus meum,
neque an aliquem in civitate meâ magistra-
tum gesserim. Illud dixisse satis fuerit, mi-
hi nec patriæ nec generis nec honorum or-
namenta deesse, literas vero à puero fem-

descensum ad mare impediētes, qui obstiterant descensui.
Alio modo id declarat lib. II cap. 7. Ἐπὶ ὅσῃ κατὰ τὸν
ἐκ τῆς ἑξῆς πότι καὶ ἔδῃ σφίσι ἐγένετο, καὶ οὐκ ἀπὸ
Ῥώμης. Recte etiam intellexerat Facius: qui obstabat, quo mi-
nus in maritimam regionem descenderet.

94. Ὅτι ἱστορὶα πατρὶς τε καὶ γένος καὶ ἀρχαὶ οἷον οἱ λόγοι εἰσὶν
τε καὶ ἀπὸ τοῦ ἐπὶ ἐγένετο] An locus hic vel plane explicandus
sit, vel etiam attingi debeat, vix scio: adeo hæc ætas
aut intelligere eum detrectabit, aut nihil nisi deridebit,
more priorum sæculorum, quando semper sub hirsutis
hujusmodi maxillis depressa & vexata ingemuisse inge-
nia discimus. Etenim multos quidem honore literarum
enituisse accepimus, multos etiam easdem literas meritis
ac pulcherrimis passim decorare præconiis legimus;
sed nullum id æque præstitisse & istam πανταγώνιον ple-
nissimam omnis voluptatis adeo iustis laudibus & gra-
tibus prosequutum esse, ac nunc facit Arrianus, profi-
teri ausum. Et vide tamen, quam supina & degeneri
versione tam nobile testimonium obscuretur: *mibi nec
patriæ, nec generis, nec honorum ornamenta deesse, lite-
ras vero à puero semper cordi fuisse*. Non secus ac si ca-
lor auctoris nostri nive & febre Attica ab interprete con-
spuendus ac fopendus esset. Non equidem nego Arria-
num his omniibus conferri potuisse, nego id Arrianum
nunc dicere: nego quidquam ejus magnificentiae per
hæc Latina exprimi, quam animo conceperat eminens-
sissimus hic auctor. Vertendum enim: *Illud dixisse satis
fuerit mibi de patriam, de genus, de dignitates hac studia
esse & jam à juventute fuisse*. Hoc est, quantum alii ob
patriam, genus, dignitatesve gloriantur, & fatua adu-
latione sese ipsi prosequuntur; non minus ego, quan-
quam istis omnibus me conditio mea satis ornaverit,
me amo non propter illa fortuita partim, partim futi-
lia, sed propter sola mea studia; præque iis omnia alia
ista & contemno & contempsi semper. Nulla verba,
quibus Arriani amor literarum clarius exprimi, aut bo-
nis ac merito illis sacris appellatis artibus major gloria
& illis qui easdem colunt, robustius solatium dari po-
terat. Quid enim aliud hæc ipsa, quam vivum fir-
mumque exemplum præferunt ejus, quod magnus ille
Tullius in illo glorioso studiorum principatu nonnisi
timide proferre sustinebat, & fortasse recte dicere eam
vitam multos doctos homines reipublicæ præponendam
putavisse; sed alibi rursus Attico professus se malle in
ejus sedecula, quam habebat sub imagine Aristotelis,
sedere, quam in istorum sella curuli? Quid aliud quam
manifesta quedam testatio, quantis partibus sincerus
ille literarum usus & delectatio omnibus illorum, qui
se in paganis illis & obæratibus Ulubris cellis Rhames
vocant, Bajis & voluptatibus anteponi debeat? Quid
aliud inculcant, nisi non patriam, quam complures
mentiti sunt; non genus, quod etiam ambitiosi multi,
quum esset sordidum, ejurarunt & falso se infererunt;
non dignitates & honores magistratusque, quæ tantis
tamque pestiferis lenociniis perducuntur, pro quibus adeo

temere & improbe impieque tam multa tentantur, ve-
rum omnia ab hominibus inhumanis, sed unum illud
tranquillum in musis otium vere pro insulis esse, ut
scribebat Lucilio suo Annæus? Sic non consulem mo-
do, sed & reges literas sibi regno cariores dixisse audi-
mus. Sic Libanium noluisse præfectum palatii fieri,
quum sophistam illo majorem esse præferetur. Sic re-
pudiatus Anisio Labconi consulatus ab Augusto obla-
tus, quum mallet studiis operam dare honore non sus-
cepto. Quid suavissimus ille ἐν ποιήσῃ ἱστορίᾳ *Ælianus*?
Is ergo quam magnifica esse existimat illa omnia ἀνα-
γνώσκειν καὶ ἐν ἱστορίᾳ χρημάτων, ὑπὲρ τριῶν, ὑπὲρ πέντε
καὶ χιλίων, ὑπὲρ πλῆθος, ὑπὲρ τὸ διὰ θεοῦ, ὑπὲρ
φίλων τῶν ἑταίρων, ὑπὲρ τῶν ἑταίρων, illa inquam
omnia, in quibus teritur solida istorum curialium vitæ
& omnes eorum confessus? nempe purum putum φλα-
νθίνον lib. II cap. 10. Et ut hic universæ antiquitatis con-
scientiam in idem testimonium congruere videamus,
libet advocare quod in ore frequens habebat, prover-
bium, quo dicebatur ἀπὸ ἵππων ὡς ὄντις, sic expositum
ab *Zenobio*. Τῶν παραμένοντων ἡμῶν ἐπὶ τῷ ἀπὸ σωμα-
τικῆς, ἢ ἐκ ἄλλοις τῶν ἀτιμωμένων, sic interpretante
Schotto, *Proverbium usurpat, cum quis ab honestis ad
indigniora prolabitur, ut qui ex Grammatico mechanicus
evadit vel indignius quid aggreditur*. Eam interpretatio-
nem concinnavit ille ex paraphrasi Chilianæ vel paro-
miographi, quibus appellacionibus solet ille dignari
magnum nostratem Desiderium, qui sic habet, *Ubi
quis ad studia honestioribus ad parum honesta deflectit, ve-
luti si quis de philosopho cantor, de theologo grammaticus,
de mercatore caupo, ex aconomo coquus, de fabro fiet bistrio*.
*Quadrabit item, ubi quis de conditione lautioris ad abje-
ctiora devenierit*. Quam sane paraphrasin & animo au-
toris & temporis infelicitati, quo vixit, condonamus? *cau-
tior debuit esse parer Andreas, cujus tempore splen-
debat magis Græca Romanaque eruditio, ubi notum
est nunquam πραγματικῶς vocata esse τὰ μηχανικά, ma-
xime τὰ χειρωνακτικά, sed ea ipsa, quæ alias πολιτικὰ di-
cuntur*. Itaque siue Zenobius auctor est ejus paraphra-
seos, siue is ex aliis antiquioribus Græcis collegit, cer-
te ipse is statuit illum ab equis ad asinos transire, quæ
relicta vita studiis dedita ac vere liquida vocari se pati-
tur in curtæ municipalis fæcem, ut loquutus est Varro
ἐπὶ ἀρχαῖς. Sic Demonax ille, quem quomodo de-
scribit Lucianus? nempe quum esset ἐν τῷ ὄφει, ὅσα καὶ
ἀξιώματα πολιτικὰ καὶ ἄλλα, ἀλλὰ πάντα τὰ ἐπὶ τῷ ὄφει
ἡμέτερος, καὶ ἀξιώματα ἑαυτοῦ καλλίστην, ὡς εἰκάζει πρὸς τὰ
καλὰ ἔργα, καὶ ἐμφορὰ πρὸς φιλοσοφίαν ἔχοντος ἐν παιδείᾳ κα-
θὺς κοινωμένοις, ὑπερδὲ τοῦ τῷ ἀνθρώπῳ ἀγαθῷ ἀπαιτῶν,
ὅλον δὲ παραδόντος ἑαυτὸν εὐδοκίᾳ καὶ παρρησίᾳ διδάσκον.
Nemo tamen Arriano conspectior, qui teste Photio &
eis τὸ τῷ ὄφει ἀπὸ τῶν τῶν πρὸς τὰς πολιτικὰς ἀρχὰς &
fructu illo usus, pro omnibus illis tantum sibi præstare
literas faceret. Denique hunc ipsum locum esse censet,
quem

τῶδε οὐκ ἀπαξίω ἑμαυτὸν τῷ πρώτῳ τῷ ἐν τῇ
Φωγῇ τῇ Ἑλλάδι, εἴθε ὅν καὶ Ἀλέξανδρος τῷ
ἐν τοῖς ὅπλοις. Ἐξ Ἰλίου δὲ ἐς Ἀρβύλον ἦκεν, ὅ
πᾶσα ἡ δύναμις αὐτοῦ ἀφ' Ἀρβύλου καὶ τῇ Ἑλλή-
σποντον ἐστρατοπεδούχῃ. Καὶ τῇ ὑπερλίτῃ ἐς Πε-
ράτιον, ἣν δὲ ἄλλη Λάμψακον ὠνομαζέμεν, ὡς
τῶ Περαλίῳ ποταμῷ ἐστρατοπεδού-
σῃ,

per cordi fuisse : propterea non indignum
me judicaverim, qui inter primos Græcæ lin-
guæ scriptores, ut Alexander inter eos qui
in re militari præstiterunt, collocer. Ale-
xander itaque ex Illo ad Arisben movit,
quo in loco universus exercitus trajecto
Hellefponto castra fixerat. Postridie Percot-
ten, deinde Lampsacon prætergressus, ad Pra-

quem in mente habuit Lucianus, quum scriberet in
Pseudomanti: Ἀρριανὸς ὁ τῷ Ἑκκτῷ μαθητῇ, ἀπὸ τῶ
μαυτὸν ἐν ταῖς πρώτοις καὶ παιδείᾳ παρ' ὅλον τὸ βίον συγγενέ-
τος. Addendus Tacitus xii ann. *Provincia Germania su-
perior, triumphalia ornamenta inde parva Pomponio, par-
va pars fama apud posteros, in quis carminum gloria præ-
cellit.* Et agnovit hanc istorum verborum dotem libra-
rius, cujus manu optimus Florentiz codex descriptus
est, qui ad oram libri hæc adscripsit, digna, quæ per
typos quoque vulgentur: οὕτως σοι γίνονται ἄρματα τ' ἀλφειὺς
καὶ ποταμός! Sed & recte, certe simplicius nunc video
Facium dedisse: *mibi patriam, familiam, magistratus,
litteras ac bonas artes esse, & à puero semper fuisse.* Dubie
tamen; nam ut patria & familia à puero illi fuerunt, sic
videri quoque poterit dicere sibi magistratus & litteras sem-
per fuisse. Propter hæc quum depeream Arrianum, non
minus desideravi hanc ejus sententiam in clara luce poni,
quum ut fatear quod res est, veritus semper fui, sequen-
tia ejus in fascinum ventura, immo miratus, quid con-
tigisset, ut nullus etiamnum ista contrectaverit, quæ
profecto superbiora sunt per interpretationem Vulcanii
*præterea me non immerito inter primos Græcæ lingue scri-
ptores ut Alexandrum inter eos q. i. r. w. p. censendum,*
quæ nunc mutavimus ex ejus chiographo. Hinc igitur
infert plagam maximo viro minimus quidam philau-
tiz vertiginem & phantasmatum illusiones in Arriano
arguens, quod dum istorum memoriam transmitteret ad
posteros, tam censuerit inter primos se scriptores, quam
censendus esset inter duces Alexander. At o boni! ubi ali-
quid de scriptoribus? an Arrianus inter primos *scripto-
res* se refert? An Herodoto, Thucydidi paribulque se
æquat? Imo ille dicit, quia ab juventute semper mihi
curæ fuerunt literæ, ideo non dedignor me inter primos
(scilicet qui hodie vivunt & ea utuntur) in ejus linguæ
usu, sicut Alexander in usu armorum. Sed & deinde
quum in Latinis τὸ *præterea* non responderet Græcis τῷ
τῶδε, id mutavi, ut vides.

95 Πρὸς τὴν Προσαλίαν ποταμῷ] Primo hic temerariam
itineris designationem obtrusit in Supplementis Freinshemius.
Nam quum Arrianus secundo demum die post
adsumptam πῶσαν δύναμιν dicat Alexandrum præterisse
Lampsacon, iste imprudenter & vitiose: *Postero die
præter Percoten & Lampsacon ad Præstium flumen con-
tendit:* quum inter Percoten & flumen illud interfuit ex
Arriani supputatione diurnum iter. Deinde quum nunc
plane scripserit idem Freinshemius *ad Præstium flumen,*
& in margine præter hunc locum Arriani apponat Stra-
bonem lib. xiii, quum idem in indice Curtiano *Pra-
estius. apud Arrianum* I, 5, 16 Προσαλίον *scribitur vitio-
se:* quum Holstenius in Annotationibus in Ortelium
pag. 157 notaverit *apud Arrianum lib. I male Προσα-
λίον scribitur,* & pag. 158 *Legendum Προσαλίον,* repetitque
ad Stephanum in Γεργύς; an nobis ita imponet nuperus
ille furcifer, ut ab ipso excogitata fuisse credamus, quæ
huc allevit? Non magis sane, quam quum statim dicit
Legendum puto Πριάπυ, quod ex iisdem Freinshemii lo-
cis sublegit, ut & quæ de Arsæ & Rheomithre & ver-
bo κινδυνεύει & κινδυνός (vide modo in indice Curt. *Me-
mnon*) sequuntur. Sed relinquamus malo genio infeli-
cem. Fabrettus ad Column. Trajan. pag. 321 retinet
versionem Vulcanii, nisi quod Præstium & omisso
Pontum. Videamus an bene Præstium huic loco incul-
cent. Eum stabiliunt ex Strabone. Et Strabo eum po-
nit inter Abydum & Lampsacon. At vero Arrianus

negat inter Abydum & Lampsacon nunc esse Alexan-
dram, quum is hanc jam *παρημῆψε*; ab altero Lam-
psaci latere est, non versus Abydum (hinc enim vene-
rat, & ibi est Percote ac Arisbe) sed versus Parium &
Priapum ad septentrionem. Quare fieri non potest, ut
situs, quem Strabo illi Præctio assignat, nuda allegatio
emendationem hanc in Arriano corroboret: sed plane
perimat & pro vana contemnat. Accedit ipsa descriptio
Arriani, dicentis eum exire in mare, quod est inter
Hellefpontum & Pontum, hoc est, Propontida. (nec enim
satisfacit versio Vulcanii.) At quum multi Lampsacon
statuant urbem in Hellefponto; tum alii ἐν Προποντίδῃ,
ut ait Ptolomæus & Stephanus: ut sane jam non parvo
spatio ultra Lampsacon & finem Hellesponti exonerare
se is fluvijs debuerit. Potius hic congruunt alia verba
Strabonis eod. lib. pag. 589. *Εἰ δὲ τὰ μεταξὺ Λαμψά-
κου καὶ Περσέως (hoc est ipsum Arriani παραμυσιφαντὶ Λαμ-
ψακῶν) Περσὸς ἢ πόλις καὶ ποταμός. κατὰ στρατὸν δὲ ἡ πόλις *
καὶ ὁ ποταμός οὗν ἔτι καλεῖται.* In Ptolomæo hic repositæ
sunt Γερπῆς ποταμὸς ἰσβολή. Sed illæ sunt propius Cyzi-
cum; & quum Priapus urbs inde excidit, tum in MS.
Abbatiz Florentinz vetustissimo legitur Γερπῆς. Sed id
vocabulum discedit longius ab constanti MSSorum le-
ctione, & haud dubie verus est Præctius, sed quod ex
notis interpretum & Supplementis Freinshemii plane
non intelligas. Non enim jam statuitur ab Arriano A-
lexander ultra Lampsacon recta progrediens per litora,
sed quum hanc urbem præterisset, relicto mari, prope
quod huc usque tenuerat, deflectens in mediterranea,
videtur occurrisse Præctio, qui fluvijs etiam inter Aby-
dum & Lampsacon exeat in mare, ita tamen errat,
ut flexus ejus proficiscentibus ultra Lampsacon versus
Colonas sit transeundus. Mirifice improba est descriptio
Freinshemii, *quod ex Ideis montibus ortum, Lampsaconem
Abydenumque agrum interfuit, deinde paulisper ad
Septentrionem flexum in Propontidem exit.* Ubi enim
erat ille ager? nonne proxime mare, in quod exibat?
Certe, & propterea non fluxu prope fontem divisit eum,
& tunc ad Septentrionem vadens, sed ipso admodum
ostio. Strabo quum illum ponit inter Lampsacon &
Abydum, id facit solo respectu ostii & fluxus prope
ostium & litus, non respiciens mediterranea. Videlicet
Idæos montes concipit non satis extensos, quasi ex iis
prodire flumen & exire in Propontidem non posset, nisi
procurreret versus Septentrionem, quum clare noscamus
ex Strabone pedem ejus pertinere Zeleiam usque Cyziceni
agri, ut haud dubie ab Septentrione veniens & versus meri-
diem progressus inter Abydum & Lampsacon exeat, &
sic necessario eum transire debuerit illic Alexander ab
boreali latere Lampsacon proficiscentem. Similiter sequen-
tia corripit immutando idem insignis vir, scribens.
Inde Hermotum prætergressus rex, ad Colonas duxit. In-
spice Arrianum modo, & plane contraria deprehendes:
nam Colonas prætergressus, Hermotum venit. Sed
Hermotum hoc non agnoscit Holstenius, & pro eo,
quod nauci non esse dicit, reponit Γεργύς; additque
*sane situs inter Præstium fluvium & Colonas exacte
congruit.* Sic ille. Ubi vides eundem ab illo committi
errorem, quem in Freinshemio notavimus. Non enim
inter Præstium fluvium & Colonas nunc esse Alexan-
dram dicit auctor, sed Colonas statuens inter Præstium
& Hermotum, jam ultra Colonas venisse Hermotum
scribit. Itaque simul & emendatio ista corrumpit. Non
enim hic locus, ubi nunc est Alexander, est in agro

D 2

Lam-

σεν, ὃς ῥέων ἐκ τῶν Ἰδαίων, ἐκδιδίδεσθαι
λασσαν τὴν μεταξὺ τῆς Ἑλλησπόντου τε καὶ τῆς
Εὐξείνου πόντου. Ἐνθεν δὲ εἰς Ἐγμωτον ἀφίκετο,
Κολωνὰς πόλιν ᾧ ὄνομα εἶναι. Σκοποὶ δὲ αὐτῶν
ἐπέμποντο πρὸς τὴν πρᾶξιον καὶ Ἰσπανίαν
καὶ τὴν Ἀμύναν ὁ Ἀρραβαῖς, ἔχον τὴν τελευ-
την τὴν ἰλίαν τὴν ἐξ Ἀπολλωνίας⁹⁶, ἧς ἰλα-
ρχης ἦν Σωκράτης ὁ Σάβων, καὶ τὴν πρὸς ὁ-
μῶν χαλκιδωνίαν ἰλας τεσσάρας. Καὶ δὲ τὴν
παροδὸν Πείριον πόλιν⁹⁷ ἐνδοθεῖσαν πρὸς τὴν
ἐνοικίαν ἰσὺς ὡς ἀλλοφροσύνης ἀπέστρεψε σὺν
Πατηγόρῳ τῷ Λυκαρχεῖ ἐν τῇ ἐταίρῳ. Περ-
σῶν δὲ στρατηγὸν ἦσαν Ἀρσάκης καὶ Ρομύθης καὶ
Πετρίης⁹⁸ καὶ Νιφάτης καὶ ἐν ταῖς Σπιδαι-
δαίης ὁ Λυδίας καὶ Ἰωνίας σατραπῆς, καὶ Ἀρσί-
της ὁ τῶν πρὸς Ἑλλησπόντιον Φρυγίας ὑπαρχ⁹⁹.
Οὗτοι δὲ πρὸς Ζελίαν τῇ πόλιν κατεστρατοπε-
δού-

Prædium flumen confedit, quod ex Idæis
montibus fluens, inter Hellespontum &
Euxinum pontum in mare fertur. Inde Her-
motum venit, Colonas urbem transgressus.
Speculatores porro ante exercitum miserat,
quorum dux erat Amyntas Arrabæi filius,
cum turmâ amicorum ab Apolloniâ, cui
præfectus erat Socrates Sathonis filius, &
quatuor turmis præcursorum, quos vocant.
In transitu, Panegorum Lycagoræ filium
unum ex amicis, cum aliquo comitatu mit-
tit, qui Priamum oppidum, quod incolæ
dediderant, recipiat. Persarum autem du-
ces erant, Arsames, Rheomithres, Pete-
nes, Niphates, & cum his Spithridates Ly-
diæ & Ionie satrapæ, & Arsites, Phrygiæ
quæ ad Hellespontum vergit præses. Hi
omnes ad Zeliam urbem cum equitatu bar-
bari-

Lampfaceno, aut illic statui potest, nisi & Colonæ in
eodem contineri probentur. Hermotum ex Arriani nar-
ratione videtur potius esse in Colonnarum regione &
agro. Strabo autem plane illic ab Holstenio citatus
Lampfaceno agro adscribit Gergitha. Ceterum fateri
cogimur & Colonas ab eodem poni in Lampfaceno agro:
id enim clare eum inspicere videbis. Sed ne sic quidem
satisfacit Holstenianum; & vide omnia, an non exigant
Μέγιστον. Stephanus Μεγιστον appellat πόλιν Τρωικῶν,
Μεγιστον vero πόλιν πρὸς Ἀμύναν; quæ haud dubie,
quum sit eadem, ab Stephano apud diversos auctores
diversimode scripta pro diversa ac duplici fuit habita;
verum tamen fuisse Μεγιστον statuit Valesius in loco
per Holstenium quoque annotato. Quam facile id mu-
tari nomen potuit, ut in invalesceret pro HT?

96 Ἐχον τὴν τελευτὴν τὴν ἐξ Ἀπολλωνίας] In
cetera nocte hic pugnas ciet nuperus editor: est fateor
differte in Græcis τῶν: sed in Græcis corruptis. Et si
jam esset aliter, quomodo vox τῶν simpliciter sic posi-
ta notabit turmam, quæ tunc ab Apolloniatis vene-
rat? Et tamen ne hoc quidem ipsius inventum est, sed
Facii quem vertisse viderat *cobortem amicorum ex Apol-
lonia profectam*. Et quare credam τῶν tempus notare,
non quo Apolloniatis amici erant, ut putabat olim Vul-
canius, sed quo ab iis turma venerat τῶν? Ergo
noster in ipso illo momento adfuit & vidit tunc venien-
tem ab Apolloniatis istam turmam, ut non transierit
simul cum aliis sub Parmenione. Immo ἰλη καὶ ἐξ Ἀπολ-
λωνίας non potest esse alia quam quæ ex Apolloniatis
conscripta est. Unde etiam recte Freinshemius in Sup-
plementis, una Apolloniatum, quam Socrates ducebat.
Vox autem τῶν nihili est, atque aliis potius quam Ar-
riano imputanda. MSS. enim omnes, inter quos etiam
optimus ille, τῶν τῶν τῶν ceras duabus literis: quin
imo sic & Veneta & Basileensis editio. Immo sic quo-
que notavit ex Augustano Vulcanius, statimque appro-
bans versionem mutavit, ita amico- (sic enim inceperat
scribere, sed post inductis his literis reposuit) *Socio-
rum, qui ex Apollonia venerant*, etsi hæc quoque sint
plebeji nitoris. Et quis tantopere ineptiarum & spissio-
num fuit cupidus? Nos igitur arbitrii hic nostri fui-
mus.

97 Πείριον πόλιν] Freinshemius quum in Supplemen-
tis scripsisset *Priapenorum urbem*, in Indice Curtiano
propterea notavit *apud Arrianum* 1, 5, 17 *falso legimus*
Πείριον πόλιν pro Πριάμῳ. Postea Holstenius non solum
pag. 158 ad Ortelium annotavit, *Apud Arrianum scri-
bendum, Πριάμῳ πόλιν*, sed & ad Stephanum, *corrupte*
legitur nomen huius urbis apud Arrianum, ubi scribe

Πριάμῳ, ubi tamen miror verti ab eo *Priapum oppidum*.
Hæc Franekeranus stellio adaptavit sibi, & post illud
vulgare *legendum* puto, vocare sustinuit rem manife-
stam. At non est res tam manifesta, ut putas. Fa-
cile quidem μ & π possunt misceri & mixta fuisse doc-
et error in sequenti appellatione Σπιδαιδης, ut nunc
legitur, ubi olim fuit Μιθριδης: quam restitutionem
hactenus juvat Codex optimus, ut exhibeat Πιθριδης,
ut est quoque in editione Veneta, & sic apparet σ omis-
sum. Sed in hac urbe id non est ita manifestum. Primo
enim Ortelius in Thesouro suo sic scripsit. *Priami ur-
bem habet Arrianus 1, circa Phrygiam, quam Alexan-
dro deditam scribit. Hujus meminit etiam Concilium E-
phesinum 111.* Si in concilio istius enarratione sit mentio
talis urbis, cur eam in dubium voco? Deinde si vocem
Πριάμῳ, ut corrigitur, sumas pro vocabulo numinis,
erit ratio loquendi historicis ignota & fugienda: & sa-
ne sic præferrem Πριάμῳ πόλιν, etsi non propriæ urbis
appellationem, certe ut alluderet ad Homerikum in Ca-
talogo *Ἐκπύρσαι Πριάμῳ πόλιν*, intelligens quancunque
illic locorum, quum jam in Ilio fuerit. Si quatenus ipsa
urbs dicitur Priapus, ut sit in locis Strabonis, Plinii,
Solini, Stephani, impingetur Arriano modus loquen-
di, quo nunquam illum usum opinor. Nota habeo,
quæ collecta sunt de τῇ urbemque Patavi, urbs Xanthi,
Suvius Rheni, & sci arbor, ac similia; sed non id pla-
cuit Arriano. Tertio exemplaria scripta omnia, quæ
adhibui, consentiunt in Πριάμῳ πόλιν, & sic verut
Facius *Priamum oppidum*. Et videri potest hoc nomine
urbs fuisse non minus quam Δαδύραος. At si Priapus
urbs dedita est, ubi mansit Priamum, urbs inter Lampsa-
cum & Priapum? Quarto scribit Plinius & ex eo Solinus
Euripum porrigi spatio aliquot passuum ad urbem Prip-
pum, qua transcendit in Asiam potiundi orbis amore
Alexander. Quod si intelligas Priapum transcensam ab
Alexandro, certe admodum imperfecte extulerunt illi:
verum illi non dicunt transcendisse urbem Priapum, sed
illum Euripum. Non potuit enim ad urbem illam vul-
go ad mare sic dictam & sitam post Priamum Alexander
transiisse, utique ex narratione Arriani.

98 Πιτρίης] Freinshemius *Petanem* facit, nulla addi-
ta mutæ vocalis causa; tamen habens ante oculos,
opino. Itanen Oxyartis filium & Ostanen aliaque si-
milium literarum vocabula. Unus ille Optimus habet
Πιτρίης, quod & propter fidem ejus puto verissimum,
ex perpetua Asiaticorum nominum terminatione *Οξένης*
Καλλίνης, Σισίονης, Αττίνας vel *Ατίνης* Curtio VIII, 1. Et in
hac appellatione ille sibi constat, ut cap. 17 etiam ita
referat. Sic quoque Μιθριδης nostro, aliis est Μιθριδης;
nam Μιθριδης in nullo scripto libro inveni.

ἀλλοτὲς ἦσαν ξυὼ τῇ ἡπείῳ τε τῇ βαρβαρικῇ
καὶ τοῖς Ἑλλήσι τοῖς μισοφόροις. Βαλευμοῦνοις
δὲ αὐτοῖς ἡπείρου τὸ παρόντων, ἐπειδὴ Ἀλέξαν-
δρος ἀφ' ἑβερῶς ἤγγελλετο, Μένων ὁ Ῥό-
διος παρῆλθε μὴ ἀφ' ἡπείρου ἵεναι πρὸς τοὺς
Μακεδόνες, τῷ τε περὶ πολὺ φρόνως σφῶν,
καὶ αὐτῷ Ἀλέξανδρος παρόντι, αὐτοῖς δὲ δόκον-
τι Δαρείῳ. Προϊόντας δὲ ἴον τε χιλὸν ἀ-
φαιρῶν χαλκὸν παλαιοῦ τῇ ἡπείῳ, καὶ τὸν τῇ γῇ
καρπὸν ἐμπιπράναι, μηδὲ τὸ πόλεον αὐτῶν Φε-
δομύνης· ὃς γὰρ μὲν ἐν τῇ χώρᾳ Ἀλέξανδρον
ἀπειλὰ τῆς ὀπλιτικῆς. Ἀρσίτιω δὲ λέγει
εἰπεῖν ὅτι τῷ συλλόγῳ τῆς Περσῶν, ὅτι οὐκ αὖ
ἐπιδόμει οἰκίαν ἐμπεροθεύσαν· τὴν ὑπο-
τίταλ' ἡμῶν ἀνδράπων· καὶ τὴν Πέρσας ἀρσίτη
προσδέσθαι, ὅτι καὶ ὑποπῶν ἡ αὐτοῖς ὡς ἐς τὴν
Μέμνοκα, πρὸς ἐμποιεῖν ἐκόντα τῷ πολέμῳ
14 τὸ βασιλείῳ πηλὸν ἐνεχε. Ἐν τούτῳ δὲ Ἀλέ-
ξανδρος πρὸς τὸν ἑβερῶν ἐπὶ τὴν Γρανικὸν ποταμὸν
σὺν πεταγμένῳ τῷ στρατῷ, διπλῶν μὲν τὸ φά-
λαγγα τῆς ὀπλιτικῆς τάξας· τὴν δὲ ἡπείρου
καὶ τὰ κέρατα ἄγων, τὰ σκλοφόρα δὲ κα-
λὸν ἐπιτάξας ἐπεσθαι, τοὺς δὲ προσηλασκει-
φόμους καὶ τὴν πολέμιον ἡγεῖν αὐτῷ Ἡγέλοχος,
ἡπείρου μὲν ἔχον τοὺς σαρισσοφόρους, τὴν δὲ ψιλὴν
ἐς πεντακοσίους. Καὶ Ἀλέξανδρος τε καὶ πολὺ
ἀπείχετο ποταμῷ· τὴν Γρανικῷ, καὶ οἱ δὲ ἴον
σκοπῶν σπυδῇ ἐλαμύοντες, ἀπήγγελλον ἐπὶ
τῷ Γρανικῷ πέραν τῆς Πέρσας ἐφισταῖν τε-
ταγμένους ὡς ἐς μάχην. Ἐπὶ δὲ Ἀλέξανδρος
μὲν τὸν στρατὸν πᾶσαν συνέταττεν ὡς μαχημένους.
Παρμενίων δὲ προσελθὼν, λέγει Ἀλέξανδρον
τάδε· Ἐμοὶ δοκεῖ, βασιλεῦ, ἀγαθὸν εἶναι ὅτι
τῷ παρόντι κατὰ στρατοπέδουσαι ἐπὶ τὸν ποταμὸν
τῇ ὄχθῃ, ὡς ἔχοντες. Τὴν γὰρ πολέμιος ὁ
δοκῶ

barico, & Græcis mercenariis, constite-
rant. Consultantibus porro iis de summâ
rerum, quum Alexander transisse nuntiare-
tur, Memnon Rhodius monuit non esse
proelio cum Macedonibus contendendum,
qui & peditatu superiores essent, & præ-
sentem haberent Alexandrum, ipsi vero
Darium absentem. Omne autem frumen-
tum herbidum equitatu proculcandum de-
struendumque esse, omnemque terræ fru-
ctum exurendum, ac ne ipsis quidem oppi-
dis parcendum: atque ita Alexandrum com-
meatu destitutum moram in eâ regione non
facturum. Ad ea Arsten in conventu Per-
sarum dixisse ferunt, se ne unam quidem
eorum, qui ipsi subditi essent domum in-
cendi passurum: atque in ejus sententiam à
Persis itum esse, suspicantibus Memnonem,
regii honoris continuandi causâ, belli mo-
ram protractionemque quærere. Interea A-
lexander ad Granicum flumen instructo
exercitu processit, duplicem armatorum
phalangem ducens. Equites ad cornua col-
locat, impedimenta extrema subsequi jubet.
Speculatoribus qui hostes prospectent Hege-
lochum præficit, sarissatos equites illi ad-
jungens & levis armaturæ circiter quin-
gentos. Jam non procul à Granico aberat
Alexander, quum statim nonnulli ex spe-
culatoribus incitatis equis advolantes nun-
tiant, Persas trans Granicum instructâ ad
prælium acie consistere. Alexander omnem
exercitum ad committendum prælium in-
struit. Tum accedens Parmenio, his verbis
Alexandrum compellat: „Consultum mihi
„videtur, rex, in præsentia ad fluminis
„ripam, ut possumus, castra locare. Ne-
„que enim judicârim tantum animi hosti-
„bus

99 Προϊόντας δὲ] Quum hætenus ista ex Latinis ex-
sultarent, Vulcanius in correctione repetita id animad-
vertens voluit inferere, Si vero progredierentur, omne
frumentum. Quod admittere timui, quum sensum non
absolvat, & potius debuit *progredientibus vero omne*.
Sed quo progredierentur? Verius dixisset auctor ὑποχω-
ρήσας, ut paulum retro cederent corruptis omnibus &
facta ingenti solitudine. Verumtamen potuerunt adhuc
post intellectum Alexandri transitum in Asiam multa
progressi ante se vastare, ut omne hoc iter, quod huc
usque peregrit Alexander. Alioquin elegantissime hoc
verbum interpretari possumus, ut in Aristotelis Proble-
mate 102 προϊόντας δὲ πρὸς τὸ πρῶτον Γαζαίους Gazam
accepisse testatur Stephanus pro tandem, denique. Et
ex supervacuo idem adhibetur Eliano III πρὸς αἰ. 1,
quum scribit διὰ μίσην τὸν Τροπῶν ὁ Πηλὸς ἔρχεται χαλκῇ καὶ
πρὸς αἰ. προϊὼν εὐλαίς δικῇ, quod facile potuisset subintel-
ligi.

1 Ὅτι ἐκ αὐτῶν προϊὼν μίαν οἰκίαν ἐμπεροθεύσαν] Nihil
quidem hic molestum: nec displicebit tamen scripturæ
diversitas, quæ in MSSis occurrit. Erat enim in uno
ὅτι ἐκ αὐτῶν προϊὼν οἰκίαν ἐμπερ. In optimo autem: ὅτι ἐκ
αὐτῶν προϊὼν οἰκίαν μίαν ἐμπερ. ut sit oratio directa, &
quasi ipsa Arstis verba loquentis in consilio ad socios.

Hoc est, ne permiserimus & sine vindictâ aspexerimus
vel unam domum incendi. Pro sequentibus τῶν ὑποτι-
ταλμένων ἀνδράπων MSS. plerique, in quibus & optimus
ὡς οἱ τῶν αἰώνων, etiam duobus illis qui habent modo
distractum ὑπὸ τῶν. Super scriptum est αἰ. Et cur edi-
tores negligunt? Utique VI, 27 est χώρας ὑπὸ Φιλίππου
τῶν αἰώνων. V, 21 τῇ ὑπὸ οἱ χώραν. III, 9 πρὸς ὃ ἀ/ε.
Et alibi. Cæterum orationis sanitas respuit hunc lo-
quendi modum, quem ex optimo codice hac & super-
iore nota produxi, neque vocula illa αἰ patitur, ut de
pluribus quam uno memoretur. Opinor scripsisse au-
ctorem ὅτι ἐκ αὐτῶν προϊὼν μίαν οἰκίαν ἐμπεροθεύσαν τὴν
ὡς οἱ τῶν αἰώνων.

2 Ἀπείχετο τὸν ποταμὸν] Opt. ἀπείχον ἀπὸ τοῦ ποτ. nam
& hoc Arriani est duplicare præpositiones. Sic cap. 18
ἀπείχον ὁ Ἑρμῆς ἀπὸ Σπάρτης εὐλαίς αἰώνων.

3 ὡς ἔχοντες] Vulcanius & alii ut possumus. Facius
quæritur proinde. At nulla eos difficultas premebat,
quin possent illic pernoctare, prout vellent: & quando
Græci hunc sensum exprimere volunt, utuntur ὡς ἔ-
χοντες, ut hic ipse cap. 18 στρατοπέδουσαι αὐτῷ, ὡς ἔ-
χοντες, ἐπὶ τοῖς Μακεδόσι. Omnino verte, ut sumus, &
sic sequente pagina vertendum ipsa Alexandri verba
docent, & importuna hic est doctrina τὴν habere pro
posse,

δοκῶ πολμήσῃ πολὺ τῆς πεζῶν λειπομόρους, πλησίον ἡμῶν αὐλιοθῶμαι, καὶ ταύτη παρῆξεν ἔωθεν εὐπειτῶς τὰς στρατῶν ἀφ᾽ ἑαυτῶν τὸ πόρον. Ὑποφθάσομεν γὰρ αὐτοὶ περάσαντες, ὥρην ἐκείνους ἐς τὰ ξιν χαβίσαομαι. Νῦν δὲ οὐκ ἀνδύομαι μοι δοκῆσαι ὅτι χειρήσῃ τὰς ἑγῶν, ὅτι ἔχῃ οἶόν τε ἐν μετώπῳ ἀφ᾽ ἑποταμῶν ἀγειν τὸ στρατόν. Πολλὰ μὲν γὰρ αὐτῷ ὁρᾶται βαθέα· αἱ δὲ ὄχθαι αὐταί, ὁρᾶς ὅτι ὑπερῷοι καὶ κρηναὶ εἰσὶν αἱ αὐτῶν ἀτάκτως τε ἐν καὶ χερσας, ἥ ὥς ἀδενέσασον, ἐκδάνουσιν ὅτι κείσονται ἐς φάλαγγα συντεταγμένοι τὸν πολεμίων οἱ ἰππεῖς· καὶ τὸ πρῶτον σφάλμα ἐς τε τὰ παρόντα χαλεπὸν, καὶ ἐς τὸ ὑπερῷον παντὸς τὸ πολέμου κρίσιν σφαλερόν. Ἀλέξανδρος δὲ, ταῦτα μὲν (ἔφη) ὡς Παρμενίων γινώσκω, ἀχάνομαι δὲ, εἴ τ᾽ μὲν Ἑλλήσποντον διέβην διπλοῦς, ἴστω δὲ μικρὸν ῥόδιμα (ἔγωγε τὸ ὄνομα καὶ τὸ Γρανικὸν ἐκφαλίσας) εἰς ἡμᾶς τὸ μὴ ἀφ᾽ ἑαυτῶν, ὡς ἔρομεν. Καὶ ἴστω ὅτι πρὸς Μακεδόνων τὸ δόξης, ὅτι πρὸς τὸ ἐμῆς ἐς ἑαυτῶν κινῶνται.

,, riam, perque meam in adeundis periculis

bus fore, ut, quum peditatu longe inferioriores sint, prope nos pernoctent, cam- que ob causam facilem exercitui nostro cras sub primam lucem fluminis transi- tum fore. Citius enim transierimus, quam ab illis acies instrui possit. Nunc vero non absque periculo rem hanc aggressuri videmur. Fieri siquidem non potest ut exercitum in adversum hostem per flumen ducamus: quod & profundum vorticosumque sit & contraria ripa alta, ut vides, ac prærupta. Nam inordinate angustaque acie (quod genus infirmissimum est) exeuntibus nobis, equitatus hostium bene instructus phalangi nostræ incumbet. Fuerit porro primum hoc infortunium, quoad præsentem rerum statum, grave; quoad de toto bello iudicium, periculofum. Ad hæc Alexander, Intellego quidem, ô Parmenio, sed dedecori mihi fuerit, si quum ita parvo negotio Hellepontum trajecerim, rivus hic (Granicum cum eo nomine extenuans) nobis obstiterit, quo minus, ut possumus, transcamus. Neque id ego per Macedonum glomptitudinem & alacritatem, commisc-

posse. Hic error sæpiusculum in Arriano admissus est, sed omnino corrigendus. Sic IV, 23 ὡς ἔχῃ ἐξ ἑοῦ ἐπὶ τῷ πρώτῳ, primo impetu ut potuit repressit. Sane repressit, & fugavit statim primo impetu, non ut potuit, sed prorsus ut voluit intra urbem. Et sic frequenter Arrianus. Etiam apud Herodotum hæc formula male vulgo accepta est, & adhuc corrupta habetur VI, 16. Εφεσίω προσηκούσας ὅπως ἔχῃ περὶ τῶν Χίων. Non possunt hæc verba denotare sententiam, quæ illic requiritur, & necessarium scribendum ὡς ἔχῃ, ut nos legimus in membrana incomparabili bibliothecæ Medicæ.

4 Εἰ μετώπῳ ἄγειν] Non est in adversum hostem ducere, ut Vulcanius: non ex adverso trajicere, ut Facius, sed recta fronte & bene composita traducere.

5 Ἀτάκτως τε ἐν καὶ κατὰ κέρας ἥ ὥς ἀδενέσασον, ἐκδάνουσιν ἐπὶ κείσονται ἐς φάλαγγα συντεταγμένοι.] Inordinate angustaque acie exeuntibus nobis equitatus hostium bene instructus phalangi nostræ incumbet. Sic Vulcanius ex Faciana interpolata, quæ erat, Quod si incompositi angustiore acie exierimus, quod genus aciei infirmissimum est &c. Alienissima versio. Neque enim ad rem facit angusta, sive lata, & explicata acie transeant. Et cur angusta acies est infirmissima, & non aliquando firmissima, si sic locus jubeat? Sed nec Græcus ullus dixit ἐπὶ κείσονται ἐς φάλαγγα pro incumbere phalangi: immo quanta balbuties exeuntibus nobis, phalangi nostræ? & omnino illa ἐς φάλαγγα pertinent ad vocem συντεταγμένοι. Verre: Itaque sine justo ordine & ad latus vel cornu, ubi infirmissima est acies, exeuntibus equitatus hostium in aciem compositus incumbet. Φάλαγγες enim quum propria sit peditum, tamen hic notat quamcunque justam aciem, ut sæpe quidem alibi, sed geminus plane huic locus V, 16 αὐτὸς παρέλαυνεν ἐπὶ τὸ ὑπὸνυμον τῶν βαρβάρων κατὰ κέρας ἐπὶ τεταραγμένους ἱππῶν σπευδὴν ποιῶντων περὶ ἐπὶ φάλαγγος ἐκταχέντων αὐτοῖς τὴν ἵππον. Miserabiliter illic Vulcanius: ad sinistrum barbarorum cornu contendit, eo consilio, ut prius perturbatos aggrediatur, quum equitatus phalangi admoveat posset: quum deberet, ipse ad sinistram barbarorum prætervectus est, à cornu ad hoc perturbatos aggredi cupiens, priusquam equitatus ipsorum legitime ac juste ordinatus esset. II, 81 ὁπῶν τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν ἐπὶ φάλαγγος τεταγμένων βαρβάρων. Hic etiam eadem notione φάλαγγες ponitur, id quod animadvertendum fuit Freinshemio in verbis Polyæni IV, 1, 5 οἱ Μακεδόνες τῷ

συνήματι τὸ σάλπιστος ἀναπαύσαντες ῥυμηδὸν ἱππῶν αὐτῶν παλιν, καὶ τὴν φάλαγγα ῥέξαντες ἐς φουγὴν ἐτρέψαντο. Hoc est, &c. At vir doctus in notis ad Curtium IV, 16, 27 quia Macedonibus haud dubie phalangem tribui putabat, illic legerit, τὴν φάλαγγα phalange rumpentes, temere. Semper autem in veteri militia plurimum periculi erat in lateribus ac cornibus, & pene pars & auspiciū victoriæ erat, potuisse cornu aggredi: inprimis in phalangis Macedonicæ ordinatione, quæ circumagi non poterat, sed una modo fronte pugnare; & nisi à lateribus loco ipso defenderetur, anceps valde erat. Hinc partim cautio pro iis, ut supra cap. 6 ἀποσπένοντες ἐπὶ κείσονται ἐς φάλαγγα κατὰ κέρας, ἥ ὥς ἀδενέσασον αὐτοῖς κατεργαστῇ τὴν ἐμβολὴν προσμύειν ἐμῶν. Plane ad nostra verba; sed nec ibi ὑπερῷος Vulcanius. Item cap. 15 ὡς δὲ καὶ ἐκδάνονται αὐτῶν οἱ Πέρσες κατὰ κέρας προσπίπτουσιν. Partim insidias in iisdem, ut cap. 29 ἐν τούτῳ ἐπιτίθενται αὐτοῖς οἱ βαρβάροι λόχοις κατὰ κέρας. Quod pessime transfertur. Uterque interpres eo deceptus est, quod putaverunt eandem phrasin esse ἐπὶ κείσονται κατὰ κέρας, & ἀγειν ἐπὶ κέρας, ut loquitur Arrianus II, 8, ubi uterque angustam aciem exposuit; quum tamen aliquo modo Vulcanius recte id deprehenderit III, 15 κατὰ κέρας τοῖς ἀμφὶ τὸν Παρμενίωνα ἐκβαλοῖ, ex obliquo in Parmenionis agmen feruntur. Polybius lib. XI cap. 1 Claudius προσέβαλε κατὰ κέρας τοῖς Καρχηδονίοις ἐπὶ τῷ θηρίῳ. Libet his addere hæc Xenophontea ex lib. I Κύρου παρ. pag. 105, ubi docens Imperatorem omnia prudenter prospicere ante debere, ait inter alia; καὶ ἵπποι δὲ σοὶ κατὰ κέρας ἄγονται οἱ πολέμοι ἐπὶ φανίῳ πῶς χρὴ ἀντιταχέσασθαι, καὶ εἰ σοὶ ἐπὶ φάλαγγος ἄγονται ἄλλοθεν ποτε οἱ πολέμοι φανίῳ ἢ κατὰ πρῶτον. Vertunt: Si tibi explicatum in cornu exercitum ducenti hostes se obvii ostendant, quo pacto sit acies eis opponenda. Sin eum phalangis in morem instructum ducenti ex alia quavis parte hostes appareant, non autem à fronte. Quis percipit in his Latinis communem sensum? Lib. VII pag. 303 πρὸς δὲ γὰρ αὐτῶν ὅτι ἐπὶ κέραι, ἐπὶ κέραι (nempe sibi consulunt) ἢ κατὰ κέρας προσήσαν, quum si adversis cornibus nos invaderent. Male quidem, nec possunt intelligi. Pag. 310 μαχηδὸς δὲ, ἵπποι, πρὸς κέρας, ὡς πρὸς ἀδενέσασον στρατιῶνα γίγνεται, φάλαγγα δὲ ἔχοντες, ὡς πρὸς ἰσχυρότερον αὐτῶν. Libro VII, pag. 663 ἐν κέραις ἐς φάλαγγα καταστῆσαι.

6 Τὸ μὴ διαβῆναι] Plerique MSS. τὸ μὴ ἐκ διαβῆναι,

δύτης ὁρμήτης ποιῶν· ἀναβαρρήσειεν τε δὲ
 κώϊες Πέρσας, ἀξιομαχῆς Μακεδόνων ὄντας,
 ὅππῃ δὲ ἄξιον ἔσθων δέης ὅτι τὰ πρῶτα
 15 ἔπαθον. Ταῦτα εἰπὼν, Παρμενίωνα μὲν ὅτι
 τὸ δῶνυμον χέρας πέμπει ἡγεσόμενον, αὐτὸς
 δὲ ὅτι τὸ δεξιὸν παρήγει. Προεπαχθήσαν δὲ
 αὐτὰρ ἔτι μὲν δεξιῷ, Φιλώτας ὁ Παρμενίωνος
 ἔχων τοὺς ἐταίρους τοὺς ἰππεύας, καὶ τοὺς τοξότας,
 καὶ τοὺς Ἀργεῖους τοὺς ἀκονητάς· Ἀμύντας δὲ
 ὁ Ἀρραβαῖος, τῆς τε σαλευσοφόρης ἰππεύας
 ἔχων, Φιλώτα ἐπετάχθη, καὶ τοὺς Παίονας καὶ
 τὸν Ἰλνυ τὸν Σακερῆ. Ἐχόμενοι δὲ τούτων
 ἐπαχθήσαν οἱ ὑπὸ πρῶτον τῷ ἐταίρῳ, ὃν ἡγήτο
 Νικάνωρ ὁ Παρμενίωνος· ἐπὶ δὲ τούτοις, ἡ Περ-
 δίκας ὁ Ὀρρόνιος· Φάλαγξ· ἐπὶ δὲ, ἡ Κοῖος
 ὁ Πολεμοκράτης· ἐπὶ δὲ, ἡ Κρατερῆ ὁ Ἀλε-
 ξάνδρος· ἐπὶ δὲ, ἡ Ἀμύνιος ὁ Ἀνδρομένιος· ἐπὶ
 δὲ, ὁ Φίλιππος ὁ Ἀμύντιος ἡγεῖται. Τῷ δὲ δῶ-
 νυμον πρῶτοι μὲν οἱ Θεσσαλοὶ ἰππεύς ἐπαχθη-
 σαι, ὃν ἡγήτο Κάλας ὁ Ἀρπαῖος· ἐπὶ δὲ τού-
 τοις, οἱ Σύμμαχοι ἰππεύς, ὃν ἡγεῖται Φίλιππος
 ὁ Μελέαρος· ἐπὶ δὲ τούτοις, οἱ Θράκες ὃν ἡγε-
 ρεν Ἀγάθων. Ἐχόμενοι δὲ τούτων πεζοί, ἡ ἡ
 Κρατερῆ Φάλαγξ καὶ ἡ Μελέαρος καὶ ἡ Φίλιπ-
 πος, ὅτι ἐπὶ τὸ μέσον τῷ Συμπάσις τάξεως.
 Περσῶν δὲ ἰππεύς μὲν ἦσαν ἐς διαμυελίους, ἔξοι
 δὲ πεζοὶ μαθοφόροι ὀλίγον ἀποδόντες διαμυ-
 ελίων ἐπαχθῆσαι δὲ τῷ μὲν ἰππῶν πρῶτον ἡγεῖται
 τὰς ποταμῶν καὶ τὸ ὄχθιν ἐπὶ Φάλαγχα μα-
 κρὰν, τοὺς δὲ πεζοὺς κατόπιν τῷ ἰππεύῳ καὶ τῷ
 ὑποδείξια ἢ τὰ ὑπὸ τῷ ὄχθιν χεῖρα. Ἡ δὲ
 Ἀλέξανδρος αὐτὸν καθεώρων (δὴ τὸν ἰππῶν τῷ
 ὄχθιν τῷ λαμωρότητι καὶ τῷ ἀμφ' αὐτὸν τῷ συν-
 ἡπλήξει δευτέρῳ) καὶ τὸ δῶνυμον μὲν
 σφῶν ἐπέχοντα, ταύτην πυκνὰς ἐπέταξαν τῇ
 ὄχθι τὰς ἰσας τῷ ἰππῶν. Χρόνον μὲν δὴ ἀμφο-
 τέρας ταῖς ἀλλήλαις ἐπ' ἀκρὲς τὸ ποταμὸν ἐφε-
 ρότες, ὑπὸ τῷ μέλλον ὀκνεῖν, ἡσυχίαν ἦσαν
 καὶ σιγὴν ἡ πολλὴ ἀφ' ἑκατέρων. Οἱ γὰρ Πέρσαι
 πρὸς τὸν μὲν τοὺς Μακεδόνας, ὅπως ἐρῶσιν αὐτοὺς
 ἐς τὸ πόνον, ὡς ὅτι κεκοσμημένοι ἐκβαλόντων· Ἀ-
 λέξαν-

rim, unde Persis, ut reor; qui Mace-
 donibus pares, crescat audacia, nisi sta-
 tim initio aliquid dignum suo ipsorum
 metu passi fuerint. His dictis, Parmenio-
 15 nem, ut ad sinistrum cornu praesit, mittit,
 ipse ad dextrum suas copias ducit. Philo-
 tam Parmenionis filium, cum equitatu ami-
 corum, cumque sagittariis & Agrianis ja-
 culatoribus, priore loco dextrorsum consti-
 tuit: cui Amyntam Arrabai filium cum
 sarissatis equitibus, & Pæonibus, & Socra-
 tis turmā, adjunxit. Proximos his collocat
 scutatos amicorum, quibus praerat Nica-
 nor Parmenionis filius; tum Perdiccae Or-
 rontis filii phalangem, mox Coeni Polemo-
 cratis filii: inde, Crateri Alexandri filii:
 praeterea Amyntæ Andromenis filii, inde
 copias quibus Philippus Amyntæ filius prae-
 fectus erat. In sinistro cornu primi erant
 Thessali equites, quorum dux erat Calas
 Harpali filius. Post hos auxiliariorum equi-
 tatus, cui praerat Philippus Menelai filius.
 Deinde Thraces duce Agathone. Proximi
 his, pedites, & Crateri phalanx & Melea-
 gri & Philippi, usque ad medium totius
 aciei. Persarum equitatus erat viginti mil-
 lium: externorum vero, qui mercede con-
 ducti erant, peditatus totidem circiter mil-
 lium. Equitatum in ripā fluminis in longam
 phalangem exporrexerant, peditatu pons
 collocato. erant enim loca supra ripam edi-
 tiora. At quā parte Alexandrum ipsum sunt
 conspicati (facile enim dignoscebatur cum
 ex armorum splendore, tum ex eorum qui-
 bus stipatus erat admirabili cultu) ad fini-
 strum ipsorum cornu sese conferentem, in
 eā densiores equitum turmas ad ripam sta-
 tuunt. Uterque porro exercitus ad oram
 fluminis aliquandiu substitit, & eventum
 reformidans quiete sese summoque silentio
 tenuit. Persae expectabant dum Macedones
 flumen ingrederentur, ut in egredientes
 impetum facerent. Alexander insiliens in
 equum,

ἐς τὸ πόνον, ὡς ὅτι κεκοσμημένοι ἐκβαλόντων· Ἀ-
 λέξαν-

7 Παρμενίων τῷ Ὀρρόνι] Dealbatus noster, etsi in omni-
 bus libris legatur ita, tamen notat scribendum Ὀρρόνι.
 Si roges quare? Respondet, quia sic libro 111 cap. 11
 vocatur. Ratio digna tam inani & cayo capite. Immo
 necessario scribendum est Ὀρρόνι, quia Ὀρρόνις est no-
 men Persicum, & non Macedonicum. 111, 8 Ὀρρόνις
 καὶ Μακεδόνης. Id Freinsheimius in Indice Curtiano fir-
 mat auctoritate Curtii, Polyeni, Diodori: & in notis
 111, 11, 10 Strabonis & Zonaræ. Id etiam firmatur ab
 simili appellatione Ὀρρόνις. At Ὀρρόνις videtur fuisse
 Macedonicum: etsi ne verum quidem sit, in omni-
 bus manuariis libris sic legi, quum in uno ipse viderim
 Ὀρρόνις, in duobus Ὀρρόνις: sed illi secundi generis. Pro-
 pterea non puto Latine pronunciandum Perdiccae Or-
 ontis, sed Orontis. Item vi, 28 & libro 111 citato nuper.
 In Indic. 19 Παρμενίων τῷ Ὀρρόνι, scripsit Ὀρρόνις.

8 ἑς διαμυελίους] Quum eximius ille Bongarsius no-

tavisset ad Justinum xi, 9, 1 se vereri, ut recte Justinus
 scripserit Persas prima congressione habuisse numerum
 sexcentorum millium; quum deinde Freinsheimius ad
 Curtium 111, 11, 27 scripserit vel inde convinci ab Ju-
 stino immodice augmentum numerum, quod ipsi postea
 regi in praelio ad Issum minus unum tribuit, quod qui-
 dem barbaris ingeniis non convenit atque Dario; ap-
 paret, unde ratiocinationis suae partem nuperus trans-
 tulerit. Ex sexcenta vero sexaginta facere in loco pra-
 sertim dubio, licentia est. Itaque & Vossius habet in-
 ter centum aut ducentos. Sed nunquam mihi fuit am-
 biguum, quin illud sex in Justino corruptum sit ex vi-
 cino verbo, scripseritque auctor Persarum fore centum
 millia. Videns enim maximam dissensionem scripto-
 rum, sic cautè voluit agere, quod adfatim patet ex ip-
 siteris. Arrianus quem numerum ediderit, retulit Pho-
 tius eum ipsum, quem exemplaria nostra praefrunt.

λέξανδρον δὲ ἀναπιδύσας ὅππ' ἔ'π'ων, καὶ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἐγκελευσάμενον ἔπειθαι τε καὶ ἀνδρας ἀγαθοὺς γίνασθαι, τοὺς μὲν περὶ δρόμους ἰπώεας καὶ μὲν καὶ τοὺς Παίονας περιεβαλεῖν εἰς τὸ ποταμὸν ἔχοντα Ἀμύνταν τὸν Ἀρραβαῖον καὶ τὸν περὶ μίαν τάξιν, καὶ περὶ τῶν τῶν Σωκράτους ἱλίου Πτολεμαῖον τὸν Φιλίππου ἀγροντα, ἡ δὲ ἑτέρωθεν τὴν ἡγεμονίαν ἔ'π'ων καὶ παντὸς ἔχουσα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ αὐτὸς δὲ ἄγων τὸ δεξιὸν κέρας ὑπὸ σαλπύγων τε καὶ τῶν ἑνυαλίῳ ἀλαλάζοντας, ἐμβαίνει εἰς τὸ ποταμὸν, λοξὴν αἰὲν ὡς εἰσὶν τὴν τάξιν, ἡ παρεῖλκε τὸ ρεύμα, ἵνα δὴ μὴ ἐκδύνηται αὐτὰς οἱ Πέρσαι χαλὰ κέρας περιεπίπτοιεν, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς, ὡς 16 ἀνυπὸν, τῇ φάλαγγι περιεμίξῃ αὐτοῖς. Οἱ δὲ Πέρσαι, ἡρώτοι οἱ ἀμφὶ Ἀμύνταν καὶ Σωκράτην περιεσέχον τῇ ὄχθῃ, ταύτην καὶ αὐτοὶ ἀνῶθεν ἔβαλλον· οἱ μὲν αὐτῶν, ὅπο' ὅχθης ἐξ ὑπερδεδίξιν εἰς τὸ ποταμὸν ἐσακοντίζοντες· οἱ δὲ, χαλὰ τὰ χθαμαλώτερα αὐτῆς εἰς τὸν ποταμὸν ἔβαλλον. Καὶ ὡς τὸν ποταμὸν ὠδισμός, τὸ μὲν ἐκβαίνειν ἐκ τῶν ποταμῶν, τῶν δ' εἰσέρχων ἐκ τῶν ποταμῶν καὶ παλῶν ὅπο' μὲν τῶν Περσῶν πολλὰ ἄφροισι, οἱ Μακεδόνες δὲ ξυνοῖς δόρασιν ἐμάχοντο. Ἀλλὰ τῶν τε πλήθους πολὺ ἐλαττέμενοι Μακεδόνες ἐχάκοπαθεν ἐν τῇ ᾧ τῇ περὶ τῶν ποταμῶν, καὶ αὐτοὶ ἐξ ἀβεβαίας τοῦ καὶ ἄμα χεῖρας ἐκ τῶν ποταμῶν ἀμυνόμενοι· οἱ δὲ Πέρσαι, ἐξ ὑπερδεδίξιν τὴν ὄχθην· ἄλλως τε καὶ τὸ κράτιστον τὸ Περσικὸν ἵππων ταύτην ἐπετέτακτο, οἱ τε Μέμνωνος παῖδες, καὶ αὐτὸς ὁ Μέμνων μὲν τῶν ἐκινδύνισεν. Καὶ οἱ μὲν ἡρώτοι τῶν Μακεδόνων συμμιζάντες τοῖς Πέρσαις, κατεκτόνησαν περὶ αὐτῶν, ἀνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι, ὅσοι γε μὴ περὶ Ἀλέξανδρον πελάζοντα ἀπέκλιναν αὐτῶν. Ἀλέξανδρος γὰρ ἡδὴ πλησίον ἦν,

equum, iis qui circa erant sequi virosque sese praeberere iussis, antecursores equites in amnem praemittit, cum Pæonibus & una peditum cohorte, quibus Amyntas Arrabæi filius præerat, atque ante hos Socratis turmam, & Ptolemæum Philippi filium, cui quidem totius equitatus præfectura eo die contigerat: ipse dextrum cornu agens, signis canere iussis & faustis clamoribus Marti à milite edi, flumen ingreditur, obliquam semper aciem ducens qua amnis ferebat, ne videlicet ipsi exeunti hostes in cornu impetum facerent, sed ipse potius, quoad ejus fieri posset, phalange in eos invheretur. Persæ, qua Amyntas & Socrates 16 primi ripæ appropinquabant, ex alto tela mittere; alii ex editiore ripâ in flumen jactantes, alii per decliviora planioraque loca usque ad aquam descendentes. Ibi turbulentus equitum confictus fuit, his flumen exire, illis exitum prohibere nitentibus. Ac Persæ quidem tragulas confertim mittebant, Macedones hastis pugnabant. Sed Macedones numero longe inferiores, primo statim congressu non parum damni acceperunt: quod ipsi ex lubrico pariter atque humili loco è flumine pugnarent: Persæ vero eminentiore ripâ dimicarent, eamque lectissimo Persarum equitatu cinxissent. Ibi Memnonis filii, ac post hos Memnon ipse, dimicabant. & primi quique Macedonum cum Persis confligentes strenueque officium suum facientes cæsi sunt, præter eos qui se ad Alexandrum appropinquantem receperunt. Neque enim longe aberat, dextrum cornu ducens,

9 Πτολεμαῖον τὸν Φιλίππου ἀγροντα ἡ δὲ] Quasi per ordinem transiret equitatus præfectura inter duces, ita verunt. Tum egregiam operam navatam putant, quod incisum, & pariter σύνταγμα in versione aliena interpretaverunt, quo factum ut quod ab Arriano profertur genere fœminino de Socratis ala, ad Ptolemæum & virile aliquod transferatur. Sed apage illud incisum, apage in malam cum auctore furcam illud σύνταγμα, quod vox ἀγροντα prorsus respuit, quæ omnino comitantem requirit alium casum ejus rei, quam ἀγρον. Construendum est: καὶ Πτολεμαῖον τὸν Φιλίππου ἀγροντα μίαν τάξιν τὸν περὶ μίαν, καὶ περὶ τῶν τῶν Σωκράτους ἱλίου, ἡ δὲ &c. ut statim ante constitui debuit, Ἀμύνταν τὸν Ἀρραβαῖον ἔχοντα τὰς περὶ δρόμους ἰπώεας καὶ μὲν καὶ τὸν Παίονα καὶ τὸν περὶ μίαν τάξιν περιεβαλεῖν. Sic illud ἀγροντα postponit 11, 2 δὲ μὲν μὲν αὐτὸς εἰλυσεν ἐπὶ τὰς Κυκλάδας νήσους Δαταίμωσιν αὐτὰς Πέρσιν ἀγροντα. Videtur autem in Macedonica militia obtinuisse, ut primus locus inter & turmas & omnes militum partes per dies variaret, quasi omnes honore æquata essent, idque ista varietate ostenderetur, id vocat ἡγεμονίαν Arrianus. Sic V, 13 ἔχοντες δὲ τῶν τῶν ἄλλων ὑπασπιστῶν, αἱ ἐκείνοις αἱ ἡγεμονίαι ἐν τῇ τότε ξυνοῖσιν, ut videtur correxisse interpretes, ubi vulgo ὡς ἐκείνοις. Idem de ducibus testatur Arrianus I, 29 αἱ ἐκείνοις τὸ στρατηγὸν ἡ ἡγεμονία τὴν τάξιν ἐν τῇ τότε ἡμέρᾳ ἦν. Hanc ἡγεμονίαν vocat Polybius πρωτίης lib. I cap. 24. Aptissime enim locum principem in præliis illic interpretatus est

Casaubonus, de quo contendebat Romana legio cum sociis. Herodotus vero πρωταγῶν libro 111 cap. 112 ὡς ἐκείνη αὐτῶν ἐπὶ τῇ πρωταγῇ τὴν ἡμέραν. Verto igitur: atque ante istos Socratis alam ducentem Ptolemæum Philippi filium, quæ locum principem universi equitatus eo die sortita erat. An id quoque voluit Freinsheimius usurpatum fuisse in custodiis machinarum? Nam quum Arrianus I, 22 scribat διφυλάξαν οἱ περὶ Φιλώταν τε καὶ Ἑλλάνους, οἱς ἡ φυλακὴ αὐτῶν ἐπιτίτραπτο, ipse in Supplementis 11, 10, 3 exponit, quibus in eam diem machinarum custodia cessaret, quali per diem eam curam transiisse vel etiam sorte evenisse significaret. Quod tamen non poterit probare, & videtur id dependisse ex arbitrio regis cuicunque id mandare. Sic sane accipienda apparet verba ejusdem libri cap. 24 τὰς μὲν μηχανὰς ἐς Τραλλεὺς ἀπαγαγεῖν ἐκείνους τὰς ἐπὶ αὐταῖς τεταγμένους. Jam vero quod Basileenses editi habent ἔχουσαν casu accusandi, quodque in uno MS. ipse etiam invenni, positum quidem est pro recto ἔχουσα, ut blaterat noster, sed id adeo non sine causa factum fuit, ut id unice manum Arriani indicet. Nam vera lectio fuit ἔχουσα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ut plene servavit unus iste Optimus, & revocavi. Sed etiamnum defectus videretur hic locus (addi enim debet verbum κελύει vel simile) nisi distinctione commoda & leniore post vocem ἡμέρᾳ annexantur his sequentia, quod curavi ex editione Basileensi.

ἄμα οἱ ἄλκων τὸ κέρασ τὸ δεξιόν. Καὶ ἐμβάλλει
ἐς τοὺς Πέρσας πρῶτον, ἵνα τὸ πᾶν σίφῃ. ἵππων
καὶ αὐτοὶ οἱ ἡγεμόνες τῶν Περσῶν τεταγμένοι
ἦσαν, καὶ οὗτοι αὐτὸν ξυμεινέμεν μάχῃ χαρτερά,
καὶ σιγῇ ἄλλαι ἐπ' ἄλλαις τῶν ξυμμετῶν τοῖς Μα-
κεδόσι διέβαινον χαλεπῶς ἥδη. Καὶ ἡ μὲν δὴ
τῶν ἵππων ἡ μάχῃ, περὶ οὐρανὸν δὲ μάλλον π
ἐφ' ἧς. Συμμετῶν γὰρ ἵππων τε ἵππων, καὶ ἄν-
δρες ἀνδράσιν, ἡγωνίζοντο, οἱ μὲν ἐξῶσαι εἰσ-
απαν δὴ τὸ ὄχθης, καὶ ἐς τὸ πεδῖον βιάσα-
σθαι τοὺς Πέρσας, οἱ Μακεδόνες οἱ δὲ εἰσβαί-
ναι αὐτῶν τὸ ἐκείσιν οἱ Πέρσαι, καὶ ἐς τὸ ποταμὸν
αὐτῶν ἀπώσασθαι. Καὶ ἐν τῇ τῇ ἐπλεονέκλειν
ἥδη οἱ σὺν Ἀλέξανδρῳ τῇ τε ἄλλῃ ῥώμῃ καὶ ἐμ-
πειρίᾳ, καὶ ὅτι ξυμμετῶν κρανέοις¹¹ πρὸς παλτά
ἐμάχοντο. Ἐνθα δὴ καὶ Ἀλέξανδρος ξυμμετῶν
τὸ δόρυ σιγῇ μάχῃ, ὃ δὲ Ἀρετῇ ἡττῇ δόρυ ἔτε-
ρον, ἀναβολέα τῇ βασιλικῶν. τῷ δὲ καὶ αὐτῷ
πονημῶν σὺν τελεμμένον τὸ δόρυ μὲν ὃ δὲ τῷ
ἡμῖς κεκλαμῶν τῷ δόρυ μὲν ὃ δὲ τῷ
ἐμάχοντο, καὶ ἵππῳ δείξας Ἀλέξανδρος, ἄλλον
αὐτῶν ἐκέλευε. Δημάρχῳ¹² δὲ, ἀντὶ Κο-
ρίνθῳ τῷ ἀμφ' αὐτὸν ἐταίρῳ, δίδωσιν αὐτῷ
τὸ αὐτὸ δόρυ. Καὶ ὅς ἀναλαβὼν, καὶ ἰδὼν Μι-
θριδάτῃ τῷ Δαρῆι γαμβρὸν πολὺ πρὸ τῆς
ἄλλης πρὸς ἵππων, καὶ ἐπαρῶν ἄμα οἱ ὡς
πρὸς ἐμβολὸν τῶν ἵππων¹³, ἐξελαύνει καὶ αὐτὸς πρὸ
τῶν ἄλλων. καὶ παύσας ἐς τὸ πρὸς ὥσπον τῷ δόρυ
καὶ, χαρτερά τῇ Μιθριδάτῃ. Ἐν δὲ ἵππῳ
Ροισακῆς μὲν ἐπελαυνέει Ἀλέξανδρος, καὶ
παῖς Ἀλέξανδρος τῷ κεφαλῇ τῇ κοπίδι, καὶ ἔμ
κράνους πᾶσι ἀπέθραυσεν, τῇ πληγῇ δὲ ἔλαβε τὸ κράν¹⁴. Καὶ χαρτερά τῇ καὶ ἵππον Ἀλέξανδρος,
παύσας τῷ ξυμμετῶν μὲν τῷ δόρυ ἐς τὸ πρὸν. Σπιθριδάτης δὲ ἀνέτετατο μὲν ἥδη ἐπ'
Ἀλέ-

ducens, qui quidem ubi maxime confertos
equites Persarumque duces videt primus
impetum facit. Acerrimum ibi circa regem
prælium excitatur. Interim alii post alios
Macedonum ordines facile jam flumen trans-
eunt. ac tametsi ex equis pugnaretur, pe-
destre potius prælium videbatur. Ita equi
equis, viri viris conferti confligebant, illi
quidem penitus à ripâ arcere & Persas in cam-
pum repellere nitentes Macedones, Persæ
contra exitu Macedonas prohibere, rursus-
que ad flumen protrudere. Tandem qui cir-
ca Alexandrum erant, superiores evadunt,
partim robore, & usu ac peritiâ rei bellicæ,
partim quod jaculis ex corno confectis ad-
versus tragulas pugnarent. Hic Alexandro
hasta in conflictu rumpitur. qui ab Arete
regionum equorum stratore aliam petit. cui
etiam strenue rem gerenti sua rupta erat,
& reliquo hastæ fragmento non male pu-
gnabat: idque Alexandro ostendens, aliam
peti jubet. Demaratus Corinthius unus ami-
corum qui circa cum erant, suam Alexan-
dro hastam porrigit. Quâ arreptâ, Mithri-
datem Darii generum longe ante alios equo
profectum conspicatus, equitum exiguo
comitatu assumpto, ipse etiam alios ante-
vertens, eques in eum fertur, atque ora
trajectum prosternit. Ibi Rœsaces in Ale-
xandrum investus, gladio caput ejus ferit,
galeâque nonnihil diffractâ ictus irritus re-
siliit. Hunc etiam Alexander sternit, hastâ
per thoracem in pectus ictâ. Jamque Spi-
thridates in Alexandrum alte à tergo gladium
sustu-

11 *Ξυμμετῶν κρανέοις*] Quum interpretationem horum
præterisset Facius, Vulcanius *jaculis corneis* interpreta-
tus fuit ita, ut margini apponeret, *ex arbore corno*.
Postea chirographo suo correxit *ex corno confectis*. In
quo sicut ei parere potuimus, ita miror cur priorem
vocem non consideraverit attentius. Erat enim *ξυμμετῶν*
species armorum non ad eminus pugnandum & jaculandum,
sed comitis & è propinquo. 111, 14 *τοῖς ξυμμετῶν πρόσωπον*
τῶν Περσῶν κίοντες Alexander & ejus equites. Ita & mox.
Diodorus Siculus XIX, 27 in Eumenis acie memorat
ξυμμετῶν, qui ab interprete dicuntur *lanceas ferentes*,
ut cap. 29 in Antigoni acie nominat *λογχοφόροι*, quos
vertit *lancearios*. Id autem tanto magis erat nunc ad-
vertendum, quod non Macedonas armis suis debeamus
credere vicisse ob materiam, unde constabant. Nam &
παλτά ex eadem fiebant plerumque. Xenophon lib. VII
Κορυθαί. ὡπλισμένοι δὲ πάντες ἦσαν τοῖς αὐτοῖς κύμα ὅπλοις,
χρυσῇ Φουκαίᾳ, θύραξ χαλκῆς, κράνισ χαλκοῖς, λάβοις
λαυκαῖς, παλτά κρηναῖα ἐν ἱκασί. Sed & in Romulo Plu-
tarchus, Ἐνταῦθα καὶ τῶν κράνισαν ἴφασαν τῶν ἱκασί γυνοῖσιν,
καὶ οὐλογυνοῖς ὅτι κρηναῖα οὐτὶς αὐτῶν λογχοῖς ἀποτί-
σιν ἀπὸ τῶν Ἀντιγόνων τῶν ξυμμετῶν ἱκασί κρηναῖα. Imo & Ro-
manis placuisse hoc genus ligni docent apud Festum
Columna hastilia, quæ explicat *ex arbore corno facta*:
nam quodcumque eligas, intelligendum ξυμμετῶν, cujus
hastile erat ex cornu arboris ligno.

12 *Δημάρχῳ*] Ita clare unicus ille codex, quum re-

liqui omnes eodem editis, in quibus *Δημάρχῳ*, modo cor-
rupti sint, nisi quod in uno vidi *Δημάρχῳ*, etiam pejor.

13 *Πρὸς πρὸς αὐτὸν ἄμα οἱ, ὡς πρὸς ἱμῶν τῶν ἵππων*] Ut
appareat omnibus scripturæ hujus inconcinnitas, scire
oportet, nullo modo inde versionem Vulcanii (nam
Facius posteriora omisit) colligi posse, sed proprie signi-
ficare *profectum vel proequitantem secum, tanquam cu-
neum equitum*. Ut dicatur quasi Alexander cum Mi-
thridate simul paulo evectus, non singuli ex sua parte
ac diversa, sed una eademque, quod nemo non videt
esse mendosissimum. Sed & perperam pro cuneo po-
nitur exiguus comitatus; cuneus enim vel ex maximo
numero constare potest, & ea similitudo non multitudi-
nem, sed formam respicit ordinationis. Quin etiam tres
postremæ voces vel minimum, cui innitantur, non ha-
bent. Sed & suave videre est, quam acute hic egerint edi-
tores. Nam quum Veneti distinxissent *πρὸς πρὸς αὐτὸν ἄμα οἱ ὡς πρὸς*, Basilicenses *πρὸς πρὸς αὐτὸν ἄμα οἱ ὡς πρὸς*, & hos
sequutus esset Vulcanius (qui tamen chirographo no-
vissimo illud comma induxit) postremus sic ausus fuit
mutare, ut allegavimus. Cui sodes bono? In hoc igi-
tur loco tam causario & manifeste defecto quum omnes
omnino MSSi deferant, lege & reple ex Optimo καὶ
πρὸς πρὸς αὐτὸν ἄμα οἱ, quod non dubitavi admittere. Utique
& cap. 23. *Τιμάριον ἄμα οἱ τῶν ἄγων*. Et cap. 30
ἀγῶνισα ἄμα οἱ τῶν δυνάμεων. Ut cap. 18. *Μιθριδάτης οἱ ὡς πρὸς*
αὐτὸν ἄμα οἱ ὡς πρὸς.

λεξάνδρην καλῶσαι. Λύσιππον ποιῆσαι, ὅς-
περ καὶ Ἀλέξανδρον μόνον περιχρῖναι ἐποίη-
ται. Τῶν δὲ ἄλλων ἱππέων, ὡς τοὺς ἐξήκοντα
περὶ οἱ δὲ ἐς τοὺς πεντήκοντα καὶ τέτους τῇ ὑπε-
ραίᾳ ἔβαλεν Ἀλέξανδρος. ἔξιν τοῖς ὀπλοῖς τε
καὶ ἄλλῳ κόσμῳ. ἡμεῖσι δὲ αὐτῶν καὶ παισὶ τῷ
τεχεῖα τῷ χρόνῳ ἀτέλεια. ἔδωκε, καὶ ὅσα
ἄλλα ἢ τὰ σώματι λειψυγία, ἢ χεῖρα τῶν
κτῆσιν ἐχάτων εἰσφορά. Καὶ τῶν τετραμύρων
δὲ πολλὰ πρὸν οἶον ἔχον, ἐπελθὼν τε αὐτοὺς
ἐχάτους καὶ τὰ τεράματα ἰδὼν, καὶ ὅπως πῶς
ἐπρόκειτο ἐρόμενον, καὶ ὅ, πρὸς αὐτῶν, εἰπὼν τε
καὶ ἀλαζονέσας οἱ πρὸς αὐτῶν. Οἱ δὲ καὶ τῷ
Περσῶν τοὺς ἡγεμόνας ἔβαλεν. Ἐβαλε δὲ καὶ τοὺς
μυθοφόρους Ἑλλήνας, οἱ ξυνὸν τοῖς πολεμίοις
πρὸς αὐτῶν ἀπέθανον. ὅσους δὲ αὐτῶν αἰχμα-
λώτους ἔλαβε, τέτους δὲ δῆσας ἐν πέδαις, εἰς
Μακεδονίαν ἐπέμψεν. ἐργάζεσθαι, ὅτι πρὸς
ταῖς

Lyfippus Alexandri jussu finxit; qui qui-
dem etiam Alexandrum ipsum reliquis sta-
tuariis praelatus finxit. Ex reliquo equita-
tu supra LX desiderati sunt, pedites circi-
ter XXX: quos Alexander postredie cum
armis & reliquo cultu sepeliri jussit: paren-
tibus eorum ac liberis, in sua cuique regio-
ne, vestigialium immunitatem concessit,
omniaque quæ aut corpore præstantur ser-
vitia, aut ex facultatibus penduntur tribu-
ta, remisit. Sauciorum etiam magnam cu-
ram habuit, obeundo singulos, vulneraque
inspiciendo, & quomodo quisque ea acce-
pisset interrogando, libera cuique gestorum
suorum narratione prædicationeque permis-
sa. Persarum etiam duces sepelivit: ad hæc
mercenarios Græcos, qui hostibus meren-
tes, cæsi fuerant. Quotquot vero merce-
nariorum vivi in potestatem venerunt, vin-
ctos in Macedoniam ad ergastula misit, quod
con-

negant aut nesciverunt eas statuas in urbe Dio fuisse
erectas; sed an in isto oppido non potuit fuisse tem-
plum Jovis? immo an non Δῖον Græce exprimit tem-
plum Jovis? immo an non ista urbs nomen accepit ab
isto templo? Hæc ego tria credo, & cognoscere cupio,
qui possit horum utrumcunque negari? Ut plus dicam,
hoc oppidum & simul templum illic innui opinor ab
Justino xxiv, 2. Quo perducto in sanctissimum Jovis
templum veterime Macedonum religionis. Immo &
templum clare nominatur in verbis Livii quæ ibi alle-
gantur: quod templum cuius Dei, nisi Jovis? hoc est,
Δῖον. Sane & ego reor mentem Arriani prorsus fuisse
ide oppido Dio, sed hi viri non sic erant accipiendi.

19 Τῶν τε κατὰ τὴν χώραν ἀντιλαίων. Vulcanius in sua cui-
que regione vestigialium immunitatem. Facius, agri immu-
nitatem. Significat ea quæ provenissent in agris eorum,
fuisse immunita, & sive exportare vellent, sive in urbem
suam colligere, licuisse id eis facere sine ullo onere.

20 Εἰς Μακεδονίαν ἐπέμψεν. In Optimo est ἀπέμψεν,
& sic ab Arriano scriptum affirmat eadem vox repe-
ta, ut moris est. Postea in illis τῇ Ἀθηνῶν ἐν τῇ πόλει
plerique codices vetusti omittunt posterius τῇ, si quid
hoc ad rem pertinet. 111, 16 ἡ ἀντιλαίων ἐς πόλιν. Cæte-
rum ob epigramma quod paulo post narratur, placuit
Freinshemio ad Curt. 111, 12, 27 & VII, 7, 14 Pausaniam,
qui libro ix exserte scribat, neque de Dario, nec de In-
dicis victoriis tropæum ullum erigi curasse Alexandrum,
cum Arriano committere, & ut alterum, nempe Pau-
saniam!, erroris arguat, alteri patrocinari. Id fecit,
postquam Basileenses Latine Facii versionis margini
apposuerunt in his contineri ALEXANDRI TRO-
PÆUM, quod in prior editione non viderat. Et for-
san hic locus & ista nota Freinshemio subiecit, ut in
fronte notarum arcu cum tropæo erecto inscriberet A-
LEXANDER DE PERSIS ET INDIS. Eandem non
erigendi tropæi ab Carano institutam, deinceps ab Mac-
donicis Regibus retentam observationem narraverat Lud.
Nonnius ad Goltzii Græciam pag. 163, repetitque pag.
172 ad Philippi nummum xi, in quo Minerva armata
& ab altera parte tropæum. Itaque hunc & locum Dio-
dori Siculi ex libro xvi de tropæo contra Illyrios osten-
tat contra auctoritatem Pausaniæ, ut & alterum Alexan-
dri VII. Sed ut omittis aliis hoc agamus (nam & pos-
teriore loco profligavit alia Freinshemius, & aliud est
nummum cudere cum imagine erigentis tropæum,
aliud erigere ipsum) non video hic ab Arriano tropæum
erigi. Quippe quum tropæum non intelligatur
nisi erectum prope sedem pugnz ipsius. At hæc etiam
similis titulo & elogio tropæi, tamen est inscriptio do-
narii, ut semper moris fuisse vel ex donariis Delphicis

apud Herodotum cognoscimus. In quo si Alexander
videtur aliquo modo admiscere τὸ ἔκδοτον προετραγῶδι-
μονον, id utique non in contumeliam Persarum, sed
Lacedæmoniorum fecisse prorsus videtur. Neque pos-
sum non hic adnotare acumen Thomæ Stanleii, in
commentario ad Æschylum scribentis Alexandrum Ho-
meri in primis studiosum post primam in Asia partem
victoriam ccc armaturas Persicas dono Palladi misisse
exemplo Ulyssis, quem Homerus scribit exuvias Doloni
jam jam expiranti detractas è vestigio Minervæ dedica-
sse. Καὶ τῷ Ἀθηνῶν Λύσιππῳ Δῖος ὁδοῦ τοῦ Ἰψῆος ἀνίστασθαι
χαρὶ. Quod ipsum Ulyssis exemplum in mente fuisse
tunc Alexandro & ad ejus imitationem id fecisse, ima-
ginari mihi non possum; & nihil non in his duobus
dispar. Quin si Alexander primus sic Minervam co-
luisse, posset aliqua parte fulciri hæc suspicio. Sed
pater Philippus jam dederat exemplum, ut palam ex
nummis patet, quos idcirco judicavi apponendos.
Quippe quod caput Minervæ ab altera parte illic vides,
palam venit ex consuetudine Macedonica, qua soliti
fuerunt panoplias illi consecrare, ut notat nunc Arria-
nus, & sit in istis nummis. Plane autem inscriptio hæc
formata est ad exemplum ejus, quod describit Dio
Chrysost. in Trojana pag. 186, Achivorum nave ab
Hectore incensa, castraque capta καὶ ἀνάθημα ἀναθέντος τῇ
Ἀθηνῶν, καὶ ἐπιγράφαντες, ὡς ἰδὲ ἐστὶν, τοῖς ἡγεμῶσι. Pra-
ve etiam in Supplementis Curtianis 11, 5, 34 edidit
Freinshemius trecentos clypeos. neque enim hos expri-
mit tantum πανοπλία.



τὰ κοινῇ δόξαντα²¹ τοῖς Ἑλλησιν, Ἑλλήνες
ὄντες, ἐναντία τῇ Ἑλλάδι ὑπὸ τῇ βαρβάρων
ἐμάχοντο. Ἀποπέμψεν δὲ καὶ εἰς Ἀθῆνας τρια-
κοσίας πανοπλίας Περσικὰς, ἀνάθημα εἶναι τῇ
Ἀθηνᾷ, ὡς τῇ πόλει καὶ ὀπίσθαιμα ὀπίσθαι-
φῆται ἐκέλευσε τὸδε, ἈΛΕΞΑΝΔΡΟΣ
ΦΙΛΙΠΠΟΥ, ΚΑΙ Οἱ Ἕλλη-
νες, ΠΛΗΝ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟ-
ΝΙΩΝ, ΑΠΟ ΤΩΝ ΒΑΡΒΑΡΩΝ
ΤΩΝ ΤΗΝ Ἀσίαν κατοί-
18 ΚΟΥΝΤΩΝ. Καταστήσας δὲ Κάλαν σα-
τραπείην τῆς Ἀρσίνης ἡγε, καὶ τοὺς φόρους
τῆς αὐτοῦς ἀποφέρειν ἑξῆς, ὡς τῷ Δαρείῳ
ἔφερον, ὅσοι μὲν τῇ βαρβάρων χαπόντες ἐκ τῶν
ὄρων ἐνχεῖρον σφᾶς, τέττες μὲν ἀπαλλάτ-
τασθαι ὅτι τὰ αὐτῶν ἐχάσθης ἐκέλευσε. Ζε-
λείτας δὲ ἀφῆκε τῇ αἰτίας, ὅτι τῷ βίαιον ἔγνω
συμβαλεῖσθαι²² τοῖς βαρβάροις. Δασκύλιον δὲ
ποταμὸν Παρμυρίωνα ἐκπέμψεν καὶ
ποταμὸν Δασκύλιον Παρμυρίων ἐκ-
πόντων τῇ Φρυγῶν. αὐτὸς δὲ ὅτι Σαρδίων
τῶν πόλεων, καὶ ἀπέχον²³ αὐτῶν ὅσον ἐβδόμηκον-
τα σταδίους Σαρδίων, ἦσαν παρ' αὐτὸν Μιθρήνης
τε ὁ Φρύγας καὶ τὸ ἀκροπόλεως τῇ Σαρδί-
σι, καὶ Σαρδιανῶν οἱ διωπατώτατοι· ἐκδιδόντες
οἱ μὲν τὴν πόλιν, ὁ δὲ Μιθρήνης τὴν ἀκρὰν καὶ τὰ
τῆς ἀκρᾶς. Ἀλέξανδρος δὲ αὐτὸς μὲν κατε-
στράτευσε ὅτι τῷ ἑμῷ παταμῶν ἀπέχον²⁴
δὲ ὁ ἑμῷ Σαρδίων σταδίους εἴκοσι²⁵.
Ἀμύνταν δὲ τὸν Ἀνδρομένους τὴν ἀκρὰν ποτα-
μὸν ἐκπέμψεν Σαρδίων καὶ Μιθρήνης
μὲν ὡς πρὸς ἅμα οἱ ἦσαν, Σαρδιανῶν δὲ καὶ τοὺς
ἄλλους Λυδῶν τοῖς νόμοις τε τοῖς πάλαι Λυδῶν
τῆς ἀκρᾶς ἔδωκε, καὶ ἐλευθέρους εἶναι ἀφῆκεν. Ἀν-
ῆλθε δὲ αὐτὸς εἰς τὴν ἀκρὰν, ἵνα τὸ Φρύγιον
καὶ τὸ Περσῶν καὶ ἔδοξεν αὐτῷ ὅχιρον τὸ χεῖρον.
Υπὸ τῇ φιλίᾳ τε καὶ ὑπὸ τῷ παντὶ καὶ
πρὸς τὴν εἰρήνην πεφραγμένον αὐτὸς δὲ ὅτι τῇ
ἀκρᾷ ναόν τε οἰκοδομήσας Διὸς Ὀλυμπίου ἐπέθηκε, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι. Σκοπεῖν δὲ αὐτῷ
τὴν ἀκρὰν ὡς ὅτι τῇ πεφραγμένον αὐτὸς δὲ ὅτι τῇ
ἀκρᾷ ναόν τε οἰκοδομήσας Διὸς Ὀλυμπίου ἐπέθηκε, καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι. Σκοπεῖν δὲ αὐτῷ

contra commune Græcorum decretum;
Græci quum essent, in Græcos pro barba-
ris arma gessissent. Athenas porro, CCC
armaturas Persicas misit, quæ Minervæ in
eâ urbe donarii loco suspenderentur: hanc-
que iis inscriptionem addi iussit, ALEX-
XANDER PHILIPPI FILIVS
ET GRÆCI, LACEDÆMO-
NIIS EXCEPTIS, HÆC DE
BARBARIS ASIAM INCOLEN-
TIBVS SPOLIA. Posthæc Cala ejus pro-
18 vincia cui Arsites præfuerat satrapa consti-
tuto, iisdemque tributis, quæ Dariô pen-
dere soliti erant, imperatis, barbaros quot-
quot è montibus descendentes sese dedide-
runt, ad domos suas reverti jubet. Zeliis
quoque culpam remisit, quod coactos illos
cum barbaris militasse sciret. Parmenionem
ad capiendum Dascylium mittit: idque ce-
pit præsidio destitutum. Ipse Sardes versus
movit: quumque ab oppido LXX. ferme
stadiis abesset, obvium habuit Mithrenen,
præsidii quod in arce erat præfectum, pri-
moribus Sardoniorum comitatum: atque hi
quidem oppidum, Mithrenes arcem & pe-
cuniam dedunt. Alexander ad Hermum flu-
men castra locat. Distat id à Sardibus sta-
diis xx. Amyntam Andromenis filium Sar-
des mittit, qui arcem recipiat: ac Mithre-
nen honorifice secum ducit. Sardonianis au-
tem aliisque Lydis, ut antiquis Lydorum
legibus utantur permittit, liberosque dimit-
tit. Ipse in arcem conscendit, ubi Persarum
præsidium erat: visusque ipsi est locus ve-
hementer munitus. Erat enim arx excelso
admodum loco sita, omnique ex parte præ-
rupta, & triplici muro cincta. Ipse in sum-
mâ arce templum Jovi Olympio extruere,
aramque ponere decernit. Consideranti ve-
ro illi quisnam arcis locus maxime eam ad
rem commodus esset, opportuno anni tem-
pore confestim tempestas ingentiaque toni-
trua

21 Τὰ κοινῇ δόξαντα] Retinui versionem ab Freinshe-
mio confirmatam in notis Curtianis 111, 1, 9, cui ingra-
te postremus editor hanc laudem subripuit, quum Vul-
canius in edita versione interpretatus esset communem
Græcorum sententiam, novissime autem correxisset com-
mune Græcorum institutum ac morem Græci in Græcos de-
lectis duabus vocibus. In eodem furto igitur scias hæ-
rere, quod in Amstelodamensi editione notatur pag.
217, quippe quem locum libri tertii Freinshemius illic
quoque citat.

22 Ἐγὼ σάτραπὸς τῶν βαρβάρων] Vulcanius,
cum barbaris militasse sciret. Etiam Facius: quoniam
sciebat invidus pro barbaris arma suscepisse. Denique
etiam in Supplementis Freinshemius, quos à Persis co-
actos adversus ipsum militasse cognoverat. At aliud
denotant Græca, nempe, quod coacti cum barbaris mi-
litare decreverant. Habes ergo, Lector, quod Stepha-

nianæ & nuperrimæ editioni exprobrēs, quæ tanta le-
vitate hic desuper sunt, ut Venetam aut Basilicensem
noluerint consulere; in eis namque legitur ἵνα οὐκ
ἐπιτρέψωι quam lectionem tuentur MSSi tres, at aliæ
cum Optimo ἵνα σάτραπὸς, quod tandem revocemus.
Simile quid est 11, 20 ὅτι ὑπὸ ἀνάγκης μὲλλον τι ἢ κατὰ
ἡμετέραν τὴν σφῶν ἰδέαν ἐπιτρέψωι τοῖς Πέρσας. In iis-
dem paulo ante legitur ἀπαλλάττειν α. τ. α. ε. ἐκείνους,
ubi duæ posteriores edunt ἐκείνους, sed Vulcanius ipsa
postea literam σ transfixit. In MSS. quos vidi, nihil
notavi.

23 Σταδίων εἴκοσι] Opt. σταδίων ὅσον εἴκοσι, quæ per-
petua est Arriani sive cautio, sive suavis loquutio, &
paulo ante præcessit. Dein necessario scribendum ἐκείνους
α. τ. α. ε. ἐκείνους, ubi vulgo omittitur καὶ.

24 Ὡς ἔστιν ἐκ τῆς φωνῆς &c.] Nihil facit hoc loco op-
portunum anni tempus à Vulcanio excogitatum. Ve-
rior

καληραὶ καὶ ὕδαρ ἐξ ἑραῦ πύλῃς τὰ τ' Αὐ-
δῶν βασιλεία. Καὶ σπένδον Α'λεξάνδρῳ ἑδο-
ξεν²⁵ ἐκ θεῶν συμβαθῆναι, ἵνα λῆθ' οἰκοδομῆ-
σθαι ἱερὸν Διὶ τ' ἑσέων, καὶ ὑπὸς ἐκέλευσε. Κατέ-
λιπε δὲ τ' μὲν ἄλλους τ' Σάρεδων ὀπιμελήων
Παυσανίαν τ' ἐπαῖρον τ' ἄλλους τ' Φόρων τ' συμ-
τάξιας τε καὶ σποροφῶς²⁶ Νικίαν. Α'σανδρον
δὲ τ' Φιλώτην, Λυδίας καὶ τ' ἄλλης τ' Σπιδει-
δάτης ἀρχῆς, δὲς αὐτῶ ἱπποείας τε καὶ ψιλῆς
ἄσπις ἱκανοὶ ὥστε τὰ παρόντα ἑδοκεῖν. Κάλαν
δὲ καὶ Α'λεξάνδρον τ' Α'ερόπην, ὅππ' τ' χρεῖαι
τ' Μέμνον²⁷ ἐκπέμπει, ἀρχῆς ἰσὺς τε Πελο-
πονησίους²⁷ καὶ τ' ἄλλων συμμάχων τοὺς πολ-
λὸς πλὴν Α'ργείων. Οὗτοι δὲ εἰς Σάρεδον κα-
τελείφθησαν τ' ἄλλων φυλάττειν. Ἐν τῷ δὲ
ὥς τὰ ὑπὸ τ' ἱππομαχίας ἐξηγήθη, οἵτε
τ' Ε'φείων φερόντες μοδοφόροι ὄντο Φό-
ροντες, δύο τελέρεις τ' Ε'φείων λαβόντες,
καὶ ξυν' αὐτοῖς Α'μύντας ὁ δ' ἡγεμὼν, ὅς ἐφυγεν
ἐκ Μακεδονίας Α'λεξάνδρον²⁸. παθὼν μὲν ἑδὲν
πρὸς Α'λεξάνδρῳ, δυστοίκα δὲ τῇ πρὸς Α'λέ-
ξανδρον, καὶ αὐτὸς ἀπαξιώσας²⁹ τὴν παθεῖν πρὸς
αὐτῷ

trua excitantur, & vehemens imber è caelo
ruit in eam partem ubi Lydorum regia fue-
rat. Alexandro itaque visum est, significari
à Deo, quo loco templum Jovi exstruen-
dum esset: atque ita fieri imperat. Arcis
curam Pausaniae uni ex amicis committit,
vectigalium ac tributorum collectionem Ni-
ciae. Asandrum autem Philotae filium Ly-
diae ac reliquae Spithridatis provinciae prae-
ficit: equitesque & expeditos, qui ad prae-
sentem rerum statum sufficere videbantur,
ei adjungit. Calan autem & Alexandrum
Aëropi filium in Memnonis provinciam mit-
tit, qui Peloponnesenses ac sociorum plerof-
que ducant, excoptis Argivis. Hi enim Sar-
dibus praesidio arcis relictī erant. Interea,
dispersa passim equestris illius praelii fama,
mercenarii, qui apud Ephesum in praesidio
erant, duabus Ephesiorum triremibus ca-
ptis, profugerunt: unaque cum iis Amyntas
Antiochi filius, qui ex Macedonia ab Ale-
xandro se subduxerat, non quod ullam in-
juriam ab Alexandro accepisset, sed odio
quodam illius concepto, indignum ratus si
aliquo ab Alexandro incommodo afficeretur.

rior Facius, repente (ut erat anni tempus) tetra tempe-
stas, aut Freinshemius in Supplementis: confestim exor-
ta vehementis tempestas nullo imbri partem arcis per-
fudit.

25 Καὶ συνέθεν Α'λεξάνδρῳ ἑδοξεν] Veneta & Basileensis
editiones cum codice MS. Perusino, & uno Florentino
καὶ συνέθεν Α'λεξάνδρῳ διόδοτον, idemque notavit ex Au-
gustano Vulcanius. Duo reliqui Α'λεξάνδρῳ διόδοτον omi-
tis duabus prioribus vocalis. Unde & quo ista omnia?
nisi ut appareat Arriani manum esse Α'λεξάνδρῳ διόδοτον
ἐξ, quae plane ita existat in Optimo & alio Florentino,
ad quam alii alludunt: etsi non tam Alexandro, quam
Aristandro id credimus placuisse, & per hunc illi.
Μοχ pro Παυσανίᾳ τ' ἐπαῖρον lege ex iisdem τ' ἐπαῖρον.
Sic III, 6 Μίανδρον τ' ἐπαῖρον. Et 16 Μάζαρον τ' ἐπαῖρον.
Et 28 Κάρων τ' ἐπαῖρον. Et passim.]

26 Φόρων τ' συμτάξιας τε καὶ σποροφῶς] Vulcan. vectiga-
lium ac tributorum collectionem, & inde Freinshemius,
vectigalibus tributisque colligendis. Procul dubio uter-
que ex Facii imitatione exigendis vectigalibus ac tribu-
tis. Si Facio veniam damus, Vulcanio utique negan-
da est, quum συντάξι hoc loco nec sit collectio, nec
vectigalia vel tributa possit notare, neque etiam debeat
ratio haberi significationis, quam praebet Harpocra-
tion, quum debuisset tributorum descriptioni & colla-
tioni. Συντάξι. ο. φῶς, est, imponere tributum, descri-
bere ac designare, quantum & quid contribuendum sit.
Manifeste sic utitur ipse Arrianus III, 17 ὁ φῶς δὲ ὁ
συντάξις ἢ ἱππαι, de Uxiis. Et simplex in principio
Indic. Φῶς ἀπὸ φερὲν Κύρῳ ἐκ τ' ὕψος φῶν, ὅς ἐταξεν Κύρῳ.
At colligere tributa Graecis dicitur Φωλογεῖν. In Facio
autem lenius consulendum; quippe Veneti & Basileenses
edunt συντάξις, quod quidem apparet conveniens, sed
est contra omnes scriptos, quantum novi; id vero est
etiam quod alibi dicit συλλογῆς: & videri posset A-
lexander non tantum permississe Niciae, ut indicendi
nova vectigalia potestatem haberet, se absente, quum
ipse proculdubio praesens provinciam ordinaverit, immo
noluerit alios φῶς sibi solvi; quam fuerant soluti Da-
rio. Sed ut dico id est praeter MSS. codices, & pos-
sunt multa fuisse in causa, ut & illam potestatem Ni-
ciae dederit, si tempora id repente exigent. Verto
igitur tributorum descriptioni & collationi. Id enim

nunc denotari puto per vocem ἀπαξίωσας, ut paulo post
τὴν φῶν, ὅς ἐστι τοῖς βασιλείοις ἀπὸ φῶν. Et jam ante.

27 Α'γοῖα τῶν τε Πελοποννησίων] Et hic novissimae edi-
tiones vitiose literam abstulerunt. Reponendum ex
MSS. omnibus ἀγοῖας, nec aliter Basileenses, agnovit-
que in versione Vulcanius: etsi is postea non reperiens
eam scripturam in Augustano vacillavit, & mutavit
versionem mittit Peloponnesenses ac sociorum pl. ducentem.
Deinde Optimus αἰς τὰ τ' ἱππομαχίας ἐξηγήθη, absque
ὑπὸς, ut cap. 26 τὰ δὲ τ' ἐπιβουλῆς ἐξηγήθη αἰδῶ, quam
particulam tamen retinet Arrianus II, 6 φεῖται αὐτοῖς
τὰ ἐξηγῆσθαι ὑπὸς Δαριῶν τε καὶ τ' στρατίας τ' Δαριῶν.

28 Ε'φείων ἐκ Μακεδονίας αἰς Α'λεξάνδρῳ] Optime ver-
tit Vulcanius, qui ex Macedonia ab Alexandro se sub-
duxerat; vel ut in Supplementis Freinshemius, qui ex
Macedonia profugerat. At plane diversa in Graecis. Ita-
que offendens hic Grentemefnilius legere jubet αἰς
Α'λεξάνδρῳ. Infeliciter profecto, ut solet passim, dum
non nisi vitiosas editiones tractat & inde ita se effert,
ut ingenio omnia committere non dubitet, quod non
potest non frequentissime delirare à sulco iusto. I nunc
bone lector, & mirare optimos auctores tot nugis le-
ctionum scaterere, omniaque suspicionibus & conjectu-
ris ineptissimis plena esse. Irrepsit particula αἰς in Vul-
canianam & novissimam editiones. At nullus eam
agnoscit MS., atque etiam Veneti & Basileenses clare
ἔφωγον ἐκ Μακεδονίας Α'λεξάνδρῳ. Etiam notavit in Au-
gustano deesse Vulcanius. Contrarium evenit Peirescia-
nis, ubi pag. 22 notat Valesius φῶν τὰ χρεῖα dictum
pro φῶν τὰ χρεῖα. Non opinor. Nam & sic ille
Arma Jovis fugiens & regnis exsul ademitis.

29 Καὶ αὐτὸς ἀπαξιώσας] Prior vocis in Optimo non
apparet, nec sunt necessaria. Pro sequente verbo in
tribus MSS. offendi ἀπαξιώσας, quod scire magno cu-
pide emisit Freinshemius, quem vide in Curtiano In-
dice in Amyntas: ejus enim sunt verba, quae nuper
huic loco sunt apposita. Sed alii & Optimus recte te-
nent vulgaram, satis lucide ab Vulcanio interpretatam,
& à Freinshemio nimium πραγματικῶς consideratam,
& locutio Latina est apud Iustinum VII, 3 dedignatus
ipse ire. Idem postea pro δ' αὐτῶν habet, quod nos
diu suspicabamur, (quum animadverteremus nihil an-
tecedere, quo referri hoc plurale deberet, neque posse
E ;

αὐτῷ ἄχαρι. Τετάρτῃ δὲ ἡμέρᾳ ἐς Ἐφέσον ἀφικόμενος, τοὺς τε φυγάδας, ὅσοι δὲ αὐτῶν ἐξέπεσον τὴν πόλιν, κατήγαγε, καὶ τὴν ὀλιγαρχίαν καταλύσας, δημοκρατίαν κατέστησε. τοὺς δὲ φόρους, ὅσους τοῖς βαρβάροις ἀπέφερον, τῇ Ἀρτέμιδι ξυμπελῆν³⁰ ἐκέλευσεν. Ὁ δὲ δῆμος ὁ τῷ Ἐφεσίῳ, ὡς ἀφηρέθη αὐτοῖς ὁ ἀπὸ τῶν ὀλίγων φόρος, ἵς τε Μένονα ἐπαγομένους, καὶ τὰς τὸ ἱερὸν συλῆσαντας τὴν Ἀρτέμιδα, καὶ τὰς τὴν εἰκόνα τῆς Φιλίππου τὴν ἐν τῷ ἱερῷ καταβαλόντας, καὶ τὸ τάφον ἐκ τῆς ἀγορᾶς ἀνορύξαντας τὴν Ἡρόπυον, τὴν ἐλευθερώσαντα τὴν πόλιν, ἀρμυῖαν ἀποκλείουσι. Καὶ Σύρφακα μὲν καὶ τὴν παῖδα αὐτῶν Πελάγοντα³¹ καὶ τοὺς τῶν ἀδελφῶν τῶν Σύρφακα παῖδας ἐκ τῆς ἱερᾶς ἐξαγαγόντες κατέλυσαν τοὺς δὲ ἄλλους διεκώλυσε Ἀλέξανδρος³² παρρησιᾶν ὅτι ζῆλον καὶ τιμωρεῖσθαι γινώσκων τοῖς αἰπίοις καὶ ἐξω δίκη ἵνας, τὴν μὲν καὶ ἐχθραν, τὴν δὲ καὶ ἀσπαρῆν χρημάτων ἀποκτενῆ, συγχωρηθὲν αὐτῷ, ὁ δῆμος. Καὶ εἰ δὴ τῷ ἄλλῳ, καὶ τοῖς ἐν Ἐφέσῳ παραχθῆσιν,
 19 Ἀλέξανδρος ἐν τῷ τότε βύδοντι. Ἐν τῷ τῷ δὲ ἐκ Μαγνησίας τε καὶ Τραλλέων παρ' αὐτὸν ἦσαν ἐνδιδόντες τὰς πόλεις καὶ ὅς πεμπὶ Παρμενίωνα, δὴς αὐτῷ διαχίλις καὶ πεντακοσίους πεζοὺς τῶν ξένων, καὶ Μακεδόνας ὡς ἀπλησίους, ἰπποκῆς δὲ τῶν ἐταίρων ἐς διακοσίους. Ἀλκίμαλον³³ δὲ τὸν Ἀγαθοκλῆς, ὅτι τὰς Αἰολίδας τὰς πόλεις ἐξω διωμάς ὅς ἐλάτῃον ἐξέπεμψε, καὶ ὅσα Ἰωνικὰ καὶ ὑπὸ τοῖς βαρβάροις ἐπὶ ἦσαν. Καὶ τὰς μὲν ὀλιγαρχίας πανταχῶς καταλύειν ἐκέλευσε, δημοκρατίας δὲ γε ἐγκαθίσταται³⁴, καὶ τοὺς νόμους τοὺς σφῶν ἐκείνοις ἀποδιδόναι καὶ τὴν φόρους ἀνείναι, ὅσους τοῖς βαρβάροις ἀπέφερον. Αὐτὸς δὲ ὅτι μένους³⁵ ἐν Ἐφέσῳ, θυσίαν τε ἔθυσεν τῇ Ἀρτέμιδι, καὶ πομπὴν ἐπέμψε ἐξω τῇ στρατιᾷ πάσῃ ὁπλισμένην τε καὶ ὡς ἐς μάχην ἐξυπεταγμένην. Τῇ δ' ὑπερῆρα ἀναλαβὼν τὴν πεζὴν τὴν λοιπὴν καὶ τὴν τοξότας καὶ τὴν Ἀγριανὰς καὶ τὴν Θρακίαν ἰπποκῆς καὶ τῶν ἐταίρων τὴν βασιλικὴν ἵλιν καὶ πρὸς ταύτην πρὸς ἄλλας, ὅτι Μιλήτης ἐτέλλετο καὶ τὴν μὲν ἐξω καλεμένῃ πόλιν³⁶ ἐξ ἐφόδου ἔλαβεν ἐκλιπῆ-

tur. Is quum quarto die Ephesum pervenisset, exules quotquot ab ipsis civitate ejecti fuerant, reducit, & abolito paucorum dominatu, popularem statum constituit. Tributa quæ barbaris detulerant, Dianæ pendi iussit. Ephesiorum populus, sublato metu ex paucorum dominatione, eos qui Memnona adduxerant, quique templum Dianæ spoliaverant, & Philippi statuem in eadem æde subverterant, quique Heropythi sepulchrum, à quo civitas in libertatem reducta fuerat, in foro eruerant, ad necem poscunt. Syrfacem ejusque filium Pelagontem, & fratrum Syrfacis liberos è templo protractos lapidibus obruunt. In alios Alexander ulterius inquiri aut de iis supplicium sumi vetuit: intelligens videlicet, populum, potestate sibi factâ, non tantum in fontes, sed in eos etiam, qui extra culpam essent, partim odio, partim spe prædæ fæviturum. Et certe, si quibus aliis, his præcipue rebus in Epheso gestis Alexander sibi laudem comparavit. Dum hæc geruntur, 19 legati ex Magnesiâ & Trallibus veniunt, qui urbes Alexandro dedant. Ipse Parmenionem mittit cum duobus millibus quingentis peditibus exteris, & Macedonibus totidem: equitibus, ex amicis, ducentis. Alcimalum autem Agathoclis filium ad Æolicas urbes & Ionicas, quæ adhuc in barbarorum potestate erant, cum paribus fere copiis emittit. Paucorum dominatum ubique aboleri, & popularem statum introduci, patriasque leges cunctis restitui jubet; tributa etiam, quæ barbaris detulerant, rescindi. Ipse Ephesi commoratus, Dianæ sacrificavit, eique cum universo exercitu armato ac veluti ad pugnam instructo pompam duxit. Postridie vero cum reliquo peditatu, sagittariis & Agrianis, Thracum equitatu, & amicorum turmâ regiâ, aliisque insuper tribus, Miletum profectus est, & exteriorē quidem, ut vocant, urbem primo adventu, quod præsidio vacua esset, cepit:

mus adfentiri Freinshemio laxissime in Supplementis II, 6, 23 transferenti, qui paucorum dominatione pelli fuerant, ut sic ad sequens ὀλίγων respexerit) δὲ αὐτὸν, scilicet Ἀλέξανδρον, propter ipsum, qui ejus partes fovere se ostendissent. Necessaria est hæc mutatio, & nescio an non eam suboluerit Facius, vertens, qui sua ipsius causa extorres facti fuerant. Id quod vel maxime affirmat ipse Arrianus III, 6 κατελθόντας ἀπὸ τῆς φυγῆς, ὅσοι δὲ αὐτὸν ἔφυγον, qui sua causa fugerant.

30 Τῇ Ἀρτέμιδι ξυμπελῆν. Hoc igitur respicit Tacitus scribens lib. III annal. 61. *Auctam hinc concessu Herculis, cum Lydia potiretur, cerimoniam templo: neque Persarum disione deminutum jus: post Macedonas, deinceps servavisse.* Quid voluerit, non satis exprimit. Certe non ut Romani servaverunt, sic & Macedones, qui locuplete reditu augentes sic ostenderunt se servari velle.

31 Σύρφακα μὲν καὶ τὴν παῖδα αὐτοῦ Πελάγοντα] Nihil clarius exprimi potest. Vide tamen quanta attentione in Supplementis Freinshemius: *Pelagon cum fratre Syrface & patruelibus.* Sed voluit, opinor, *patre.*

32 Ἀλκίμαλον] MSS. duo Ἀλκίμαλον. Sed Optimus Ἀντίμαχον.

33 Δημοκρατίας] ὅτι γε ἐγκαθίσταται] Notandum est, quod sine ulla auctoritate sic ediderint. Nam Veneti & Basilenses legerunt *ὅτι γε ἐγκ.* MS. unus *ὅτι τότε.* Tres alii *ὅτι ἐγκ.* & sic quoque Optimus & quintus, quem Perusius inspexi. Sed & idem ille Optimus statim τὴν νόμους τὴν σφῶν ἐκείνοις ἀποδιδόναι, non ἐκείνοις, ut vulgatur.

34 Αὐτὸς δὲ ἐπιμύνας] Plerique cum Optimo ὁπομύνας.

35 Καὶ τὴν μὲν ἐξω καλεμένην πόλιν] Licet eam in V. C. ἐφόδον esse annotaret Vulcanius, in editionis margine.

ὅπῃ δὲ Φυλακῆς· ὁπταῖνα δὲ χαλκῶρα ποτε-
δύσας, ἔγνω σπουδάζειν τὴν εἴσω πόλιν. Ἡ-
γιστράτῃ δὲ ὅτῃ ἡ Φερσῶν ἡ Μιλησίαν ἐκ
βασιλείας ἐπετέτραπτο, πρὸθεν γράμματα
παρ' Ἀλέξανδρον ἐπέμπευ, σιδήρους δὲ Μίλη-
τον· τότε δὲ ἀναβαρύνσας ὅπῃ τῇ Περσῶν φρα-
τῶν μακρὰν ὄνῃ, ἀφιστάμενος τοῖς Πέρσαις
ἐπὶ τὴν πόλιν. Νικάνωρ δὲ τὸν Ἑλληνικὸν ναυ-
τοκὸν ἄγων, ὑποφάνει τοὺς Πέρσαις, τοῖσιν
ἡμέραις πρὸ τῆς χαλκῶρας πλύσας ἢ τῆς Πέρ-
σαις Μιλήτῳ πρὸχῶν· ἐξομίζετο ναυτὸν ἐξ-
ἰσῆσαι καὶ ἔχοντα ἐν τῇ ἡσῶν ἢ Λάδῃ· καὶ ταῦτα δὲ
αὐτῇ ὅπῃ τῇ Μιλήτῳ³⁶. Αἱ δὲ τῇ Περσῶν νῆες
ὑπερῆσαν, ἐπειδὴ ἑμαυτοὶ ναύαρχοι τῷ ἀμφὶ
Νικάνωρα τὴν ἐν τῇ Λάδῃ πρὸχῶρα γινώσκοντες,
πρὸς τῇ Μυκάλῃ τῶν δὲ ἀρμύσεων. Τὴν
γὰρ Λάδην τὴν ἡσῶν πρὸχῶρα εὐλήφει Ἀλέξαν-
δρος, καὶ τῶν μόνον τῇ ἐγκαθομίσσει, ἀλλὰ
καὶ τοὺς Θρᾷκας καὶ τῶν ἄλλων ξένων ἐς τετρακχι-
λίους ἀφιστάσας ἐς αὐτὴν. Ἦσαν δὲ τῇ
βαρύνοντες αἱ νῆες, ἀμφὶ τοὺς τετρακχοσίας. Παρ-
μενίων μὲν δὴ καὶ ὡς παρὴν Ἀλέξανδρον ναυμα-
χῶν, τὰ τε ἄλλα κρατῶν τῶν ναυτικῶν τῆς
Ἑλλώας ἐπελπίζων, καὶ πῶς θεῶν ἀνέπειθεν
αὐτὸν, ὅτι αὐτὸς ὤφθη χαθήμενος ὅπῃ τῇ αἰ-
χμαλὶ καὶ ὀρμύσας τῇ Ἀλέξανδρον νῆϊ. Καὶ δὴ
σηκῶντας³⁷ μὲν, μεγάλα ἀφελήθησθαι ἐς
τὰ ἄλλα· κινηθεῖσι δὲ, καὶ πρὸς μέγα ἔσοθαι
τὸ πᾶσιμα· καὶ ὡς γὰρ θαλασσοκράειν τοὺς
Πέρσαις. καὶ αὐτὸς δὲ ἔφη ὅτι βίβωμαι ἐθελῶν τῇ
νῆϊ, καὶ τῇ κινδύνῳ μετέχειν. Ἀλέξανδρος δὲ
τῇ τε γνώμῃ ἀμαρτάνειν ἔφη Παρμενίωνα, καὶ τῇ
σημείῳ ἢ καὶ τῇ τοῦ εὐκλῆς ἐυμολήσας³⁸. Ὁλίγους
τε γὰρ ναυτοὺς πρὸς πολλὰς πλείους ξυνέθεν λο-
γισμῶν ναυμαχίαν, καὶ ἐμελετικὸς τῇ σφῶν

καυ-

cepit: ibique castrametatus, interiorē mu-
ro intercludere statuit. Hegesistratus enim,
cui Milesiorum praesidium à rege commis-
sum erat, literas antea ad Alexandrum de
Mileti deditione miserat: sed tum, quod
Persarum exercitum non procul abesse sci-
ret, recepto animo, urbem Persis conser-
vare statuerat. Cæterum Nicanor navales
Græcorum copias ducens, Persas antever-
tens, triduo ante appulerat quam illi Mi-
letum venirent, & centum sexaginta navi-
bus ad Lade insulam, quæ Mileto proxima
est, portum ceperat. Persarum vero na-
ves quum serius appulissent, & earum du-
ctores Lade à Nicanore preoccupatam esse
cognoscerent, sub Mycalem montem se
cum classe receperunt. Neque enim solam
insulam illam navibus in portum ductis A-
lexander occuparat, verum etiam Thracas
aliorumque militum peregrinorum quatuor
millia in ipsam transmiserat. Barbarorum
classis erat navium circiter quadringenta-
rum. Parmenio, ad navale prælium A-
lexandrum instigat; cum aliis de causis supe-
riores navali pugna Græcos fore sperans,
tum augurio præcipue persuasus, quod a-
quila à puppi classis Alexandri in littore sub-
sistens visa esset: quodque, si vincerent,
magnum inde ad summam belli adjumen-
tum; si vincerentur, non magnum detri-
mentum percepturus videretur. Namque
ut maxime à prælio abstineretur, maris im-
perium penes Persas esse: se libenter naves
conscuturum, & periculi partem subitu-
rum. Alexander Parmenionem opinione suâ
falli respondit, neque recte augurium in-
terpretari. Parum enim prudenter facturum
se, si cum tam paucis navibus adversus mul-
to plures pugnet: cumque parum exercitato
in

ne, mox etiam ex Augustano idem chirographo suo
repeteret, quum ipse in omnibus, etiam in Optimo in-
venerim ἔκδοτον, nisi quod in Perusino legebatur ἔκδοτον,
tamen favendum fuit postremo editori. Quamquam
quid ejus memini? quum enim dicit, Scribo τὴν ἐκ
καλαμῶν πόλιν, Alexander exteriorem urbem, ut voca-
bant, praesidiis vacuam ex itinere cepit; Milesiis in in-
teriorē mutum concessis, auxiliaque suorum, quæ baud
procul erant, opperientibus; nonne audio linguam si-
mul & ingenium & manum Freinsheimii in Supplemen-
tis II, 7, 12 παραφραζομένη ita: exteriorem urbem, ut ipsi
vocabant, ex itinere cepit: nam oppidani militesque, ne
vires spargerent, in interiorē urbem concesserant, auxi-
lium suorum, quod baud procul abesse rebantur, opperi-
unt. Quæ hæc causa, ut non hinc suffragatus iste in-
ferior convincatur? quæ differentia in verbis? nulla
profecto, nisi quod Freinsheimius non dicit Milesiis
concessis, quomodo loquebantur Musæ, quas agrestis
ille ex Zelandia in rura Frisiz intulit. Et is tamen in
sequentibus insulatur Otzelio? Illa Milesia ἐξώπαις vide-
tur esse, quam scribit Strabo ex Ephoro κτίσμα Κρητικῶν,
ὅτι θαλαττικὴν τετυχωμένην, ἢ τὸ ἢ τὴν παλαιὰ πόλιν Μιλη-
σίαν ἐστίν. Plutarchus ita scribit de Achradina Syracusarum,
quæ πρὸς τὴν ἐκ πόλιν τετυχισαί. Ita Nubienus in Cli-

maris secundi octava parte memorat *Casmir interiorē*
& *Casmir exteriorē*.

36 Κεῖται δὲ αὕτη ἐπὶ τῇ Μιλήτῳ] Sunt ipsa verba He-
rodoti VI, 7. ἢ δὲ Λάδῃ ἐπὶ τῆς μικρῆς ἐπὶ τῇ πόλει τῇ Μιλη-
σίῳ κειμένη. At Strabo lib. XIV. πρὸς τὴν δὲ Λάδην τῆ-
σος πλησίον. Pausanias in Atticis. Ἐπὶ δὲ Μιλησίῳ πρὸς
τὴν πόλιν Λάδην τῆσος.

37 Καὶ δὲ κινδύνῳ μετέχειν] Plenior & rotundior scriptura
in Optimo, καὶ δὲ δὴ. tum in eodem ac tribus aliis est
ἐς τὰ ἄλλα, in uno ἐς τὰ πολλὰ, quod illic alludit. Nos
illud adsumpsimus etiam Vulcanio inventum in Augu-
stano, & versionem corrigi jubente, & illustravit Casau-
bonus ad Polybium. Vulgo ἄλλα. Quin vero etiam displicent
ista Latina à puppi classis Alexandri. Quid enim? an
& Arrianus dicit κατὰ πρόρμην τὴν πόλιν? Non faveo. Pup-
pis non est classis, nec in ea consideratur, sed navium,
quæ eam partem litori habebant proxime applicitam,
proram versus mare spectantem, ut solitis fuisse anti-
quos docuerunt diu viri docti ex illo Virgiliano *Obver-*
tunt pelago proras. Sic libro VI quum Alexander ægro-
tus maneret in tentorio quod erat in puppi, προχῶντος
τῆς νῆος τῇ ὄχθῃ ὁ μὲν τὴν χεῖρα ἀνίστηναι ἐς τὸ πλῆθος. Idem
etiam supra non ἐπαρτίζον, sed ἐπαρτίζον.

38 Τὸ σημεῖον ἐστὶ κατὰ τὸ εὐκλῆς ἐυμολήσας] Sic quidem
ἐκ

ναυλικῶς πρὸς ἡσκημένους τὸ τ' Κυπρίων τε καὶ
Φοινίκων πλὴν τε ἐμπειρίας τῆς Μακεδόνων καὶ
τὸ λῆμα ἐν ἀβεβαίῳ χωρίῳ οὐκ ἐθέλειν ὡς
δύναται τοῖς βαρβάροις³⁹. καὶ ἡττηθεὶς τῇ ναυμαχίᾳ
καὶ μικρὰν τιμὴν βλάβην ἔσχετο ἐς τὸν πόλεμον τὸ
πρώτῳ δόξαν· τὰ τε ἄλλα, καὶ τοὺς Ἕλληνας
νεωτερεῖν πρὸς τὴν ναυτικὴν παιδείαν· τὸ ἐπαγ-
γεῖλαι⁴⁰ ἐπαρθείας. Ταῦτα μὲν τὰς λογισμῶν
ἐκτελέσει οὐκ ἐν καιρῷ ἀπέφαινε ναυμαχεῖν·
τὸ θεῖον δ' αὐτὸς ἀλλή ἐξηγεῖτο. Εἶτα μὲν γὰρ
πρὸς αὐτὸν τὸ ἀετὸν ἀλλ' ὅτι γῆς καθήμε-
νος⁴¹ ἐφαίνετο, δοκεῖν οἱ μᾶλλον ἢ σημαίνειν
20 ὅτι ἐκ τῆς γῆς κρατήσῃ τὸ Περσῶν ναυτικόν. Καὶ
ἐν τούτῳ Γλαυκίπῳ, ἀνὴρ τῆς δοκίμων ἐν
Μιλήτῳ, ἐκπεμθεὶς ὡς Ἀλέξανδρον ὡς
τὸ δῆμος τε καὶ τῆς ξένων τῆς μαθοφόρων, οἷς
μᾶλλον ἢ ἐπετέτραπτο ἡ πόλις, τὰ τε τείχη
ἐφ' ἧς ἐθέλειν τοὺς Μιλησίους καὶ τοὺς λιμένας παρε-
χειν καὶ ἄλλους Ἀλέξανδρον καὶ Πέρσας· καὶ πλὴν πο-
λιορκίας ὅτι τούτοις λυεῖν ἤξιον. Ἀλέξανδρος
δὲ Γλαυκίπῳ μὲν πρὸς τὰς ἀπαλλάττειν
καὶ τὰ χεῖρα ἐς τὴν πόλιν, καὶ Μιλησίοις ἀπαγ-
γεῖλαι ὡς οὐκ ἐθέλειν, ὡς μαχομένους ἔσθ-
θαι⁴². Αὐτὸς δ' ὅτι σῆσας τὰς τείχεσιν μηχανάς,
καὶ ἅ μὲν κατεβαλὼν δι' ὀλίγου πῶν λειχῶν, καὶ
δὲ κατεσείσας ὅτι πολὺν, πρὸς τὴν πύλιν τρα-
χύναν, ὡς ὅτι ἐκρηγνύμενος ἢ κατερρήναι ἢ ἐσπεί-
λῃτο τὸν ἰόντα, ἐφομαρτύνων καὶ μόνον θεω-
μένων πῶν Περσῶν ἀπὸ τῆς Μυκάλης πολιορκη-
μένους τοὺς φίλους σφῶν καὶ συμμαχίας. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ οἱ ἀμφὶ Νικάνορα ἀπὸ τῆς Λαδίας τὴν
ὁρμὴν

in re navali milite, adversus exercitissimos Cyprios ac Phoenices eat: neque velle se ut barbari Macedonum peritiam atque virtutem loco instabili experiantur: & si navali praelio succumbant, non exiguum damnum inde secuturum ad primam de bello opinionem: praeterea Gracos navalis cladis nuntio excitatos, novas res molituros. Quibus rebus cum animo suo perpensis, navalem pugnam parum eo tempore consultam fore judicavit. Augurium vero se aliter exponere: atque aquilam quidem, sibi faustam esse; sed quod humi subsedisset, id potius sibi portendi videri, se ex continente Perfarum classem victurum. Inter hæc 20 Glaucippus, unus ex Milesiorum primori- ad Alexandrum à populo & exteris mercenariis, quibus potissimum urbs commissa erat, missus, exponit velle Milesios muros ac portus Alexandro & Persis communes præbere, utque obsidionem eâ conditione solvat. Alexander Glaucippo, ut confestim se in urbem recipiat, jubet, Milesiisque repuntiet, uti se tanquam intus præliaturi ad pugnam parent. Ipse, machinis ad moenia admotis, & muro brevi tempore partim quassato, partim late diruto, exercitum propius adduxit, ut quâ aut demolitus aut labefactus murus erat, irrumperet, Persis præsentibus, ac tantum non ex Mycale amicos suos ac socios obsessos spectantibus. Interca Nicanor ex Lade insulâ Alexandri motus pro-
spi-

& in aliis MSS. & ipse Arrianus loqui gaudet, ut cap. 21 καὶ τὸ αὐτὸν ταύτῃ συνίσταται. II, 3. συμβαλλόντας τὸ μακρὸν. Optimus tamen exhibebat ἐξηγεῖται, quod nec ipsum adeo contemnendum, ut rectius putem. Sic cap. 27. καὶ αὐτὸν τῷ θεῷ, ὡς αὐτὸς τὴν καὶ οἱ αὐτὸν ἐξηγεῖται. II, 3. εἰς τὴν τῶν Τελμωσίων σφῶν τὰ θεῶν ἐξηγεῖται. Et statim ita, ubi tamen etiam meminisse occurrere, id quod notavi, συμβαλλόντας τὸ μακρὸν.

39 Τὴν τε ἐμπειρίαν τῆς Μακεδόνων καὶ τὴν τέλμας ἐν αὐτῇ χωρίῳ ἐκ ἐθελῶν παραδόναι τοῖς βαρβάροις. Vulcanius neque velle se, ut barbari Macedonum peritiam atque virtutem loco instabili experiantur. Facius, non esse consilii sui, loco instabili atque incerto de Macedonum virtute apud Barbaros periculum facere. Freinshemius παραφράζει. Se quidem virtuti suorum non diffidere. ceterum scire illam in navalibus pugnis minimum conferre ad victoriam. Multo enim plura ventorum fluctuumque ludibriis permitti, quæ gubernatorum atque remigum peritia vitaret, aut suis partibus opportuna redigeret. Quanto suaviora sunt simpliciter Græca! Non modo censet se sic facturum, ut barbari experiantur virtutem, cum Vulcanio, ut periculum faciat apud barbaros de virtute Macedonum cum Facio, aut de remigum gubernatorumque peritia jactat cum Freinshemio, quod jam præcessit, sed se prodere barbaris illam suorum virtutem ac præliandi peritiam, & vincendam haud dubie exponere.

40 Παιδείας τὴν ἀπαγγεῖλαι. MSS. omnes etiam Augustanus, etiam Veneta ac Bas. editiones ἀπαγγεῖλαι: & sic postea ἀπαγγεῖλαι.

41 Ἐπὶ γῆς καθήμενος. Præter unum, non magni momenti, rursus scripti omnes ἐπὶ γῆς, & statim ἐκ γῆς,

non ἐκ γῆς.

inde non bene intellexit Salmasius, quod Arrianus tradit de satrapa: non enim verba αὐτοῦ ἡ σατραπία τῆ βαβυλωνίας percipi oportebat tanquam postea Satrapes quidam Babylonie conatus fuerit ostia canalís obstruere, ut sic particula ἡ poneretur pro τοῦ. Sed quisquis erat satrapa Babylonie, is per singulos annos id facere cogebatur, nisi agros Mesopotamie & deinde ubi illa finiebat humiles Assyrie perditos vellet & frugibus spoliatos. Non etiam quod satrapes conatus fuit facere, perficiendum & absolvendum curavit Alexander, sed hic longe aliam faciem operi huic & ripæ indidit.

Mox Isaacus Vossius instruendum antea lectorem existimans, antequam veniret ad legenda verba auctoris nostri, ita scribit in Observationibus ad Melam pag. 285. „Sciendum est inter Arabie desertæ incolæ & Mesopotamitas ac Babylonios æterna fuisse ac etiamnum esse dissidia, utrisque sibi hoc flumen vindicantibus. Naturalis quidem Euphratis alveus exit in „Tigrim. Verum Arabes latrones Euphratis accolæ, qui siticulosam habitant regionem, ut agris suis subvenirent, totum „hoc flumen suffurati sunt, obstruendoque „naturali ejus alveo è paludibus quas Euphrates exundans facit, fossam duxere „nomine Pallacopam. Ac tum quidem „Euphrates nova ostia habere coepit, non „in Tigrim, sed in sinum Persicum exit, „utia, uti satis ex Plinio colligere est, „quamvis Arrianus cum Mela concinere „videtur, cum dicit Euphraten cæcis „meatibus aliquando in mare effluxisse. „Nec hoc mirum cuiquam videri debet, „cum tam sicca & arenosa sit terra istæc „Arabum, ut ad irrigandam universam, „ne totus quidem sufficiat Euphrates. Nufquam invenias regionem quam potiori jure parvam dixeris Libyam. Porro cum „aliis, tum quoque Alexandro antequam „periret (ut gratificaretur Assyriis) animus „erat, obstruendo firmiter Pallacopa, Euphraten in pristinum alveum reducere. „Accurate historiam narrat Arrianus lib. „VII &c. Equidem si in hac causa oculos habuit vir ille doctus intentos in Arrianum, profecto non debuit de Arabibus ita loqui. Hic enim certe isto tempore nullos ad Eu-

Z z phra-

phraten agnoscit vel nominat Arabas, nedum Arabas latrones. Satrapes Babyloniae sub qualicunque Asiatico imperio, quod multiplex fuisse constat, ita erat succinctus, ut coercere Arabas & remove ab Euphrate posset, nec pateretur litem eos facere aliis de possessione ejus fluvii. Itaque undecunque habeat eam narrationem, modo non ex suo cerebro, non pertinet ad hæc tempora; sed inferiora. Certe id apparet narrari tantum ab Vossio, nihil probari auctoritate antiqua & satis robusta. Supponit Arabas ob siticulosam suam regionem totum hoc flumen suffuratos esse. Supponit Arabas obstructo naturali ejus alveo paludibus quas Euphrates exundans facit, fossam duxisse nomine Pallacopam. Sunt omnia ficta. In tota hac relatione Arrianus mentionem Arabum vel minimam non facit, nisi quod paludes post Pallacopam sint sitæ inter eum & τῶν ξυνοχῶν τῶν Ἀραβῶν γλῶ, tum quod Alexander navigaverit ἐν ταῖς λίμναις αἰς ὅττι τῶν Ἀραβῶν γλῶ. Itaque quod ad Pallacopam attinet, nullam partem in eo habuerunt Arabes, nec in eo cognoscendo ulla memoria Arabum repetenda est. Jam vero penitus mentitur Arabas totum hoc flumen suffuratos fuisse, quum ad id ne accesserint quidem. Sed neque ullus dixit agris Arabum subveniri per has paludes & fossam, quum istæ Arabicæ arenæ prorsus steriles sint etiam ex ingenio suo, ut illud vitium terræ irrigando molliari nequeat. Neque etiam verum est Euphraten exundantem facere paludes, è quibus fossa nomine Pallacopas duci potuit. Exundat Euphrates aquis ascendentibus supra ripam Mesopotamienam & orientalem, non occidentalem versus Arabiam, & Assyriorum campi ab eo irrigantur, non Arabum. Id manifeste dicit Arrianus. Et causa est, quod Mesopotamia humilior est, perinde ut in Rheno fuit estque Gallica ripa. Quid vero mendacius, quam scribere Pallacopam ab Arabibus factum, quum in eo occupetur satrapa Babylonius, & ille suis impensis aperire pariter ac majoribus etiam claudere rursus debeat? Quid hæc res ad Arabas? Itaque tandem & ipse Vossius agnoscit Alexandro, ut gratificaretur Assyriis, animum fuisse, obstructo firmiter Pallacopa, Euphraten in pristinum alveum reducere, etsi & dubia sint ista omnia, & ego non intelligam. Gratificari enim vult Assyriis, non ut defendat contra Arabas; sed ut illos omnes liberet ab annuis sumptibus & molestiis, præbeatque unum commodum, facilem & habilem modum aperiendi Pallacopæ, quum necessitas urgeat, ac rursus obturandi & obstruendi. Itaque non obstruit, ut obstructus semper maneat, nec

ex Euphrate aliquid effluere possit in Pallacopam, quod videntur velle ista verba; sed ut debito tempore possint omnia oportune fieri; nec enim in pristinum statum restituere proponit Euphraten, sed locum cataractæ mutare & illuc transferre, ubi major foret firmitas. Itaque omnia quæ ibi scripta sunt, apparet alienissima esse ab vera rei consideratione.

Et tamen ex hac Vossiana comminiscendi promittitudine videtur credidisse P. D. Huetius egregium aliquid suis Gallis demonstrare in libello de situ Paradisi pag. 85, unde licet libetque excerpere hæc ejus verba: „Quand on eut remedié a ces inondations par des tranchées & par des écluses, les Arabes à cet exemple, pour se défendre d'un mal contraire, je veux dire de la secheresse de leur terre sablonneuse, commencerent a detourner les eaux de l'Euphrate de leur costé: & après avoir abbreuvé leur terroir, ils laisserent aller le trop-plein dans la mer. Ce trop-plein fut tari depuis par de nouvelles coupures. Peut-estre aussi que ce conduit n'estoit qu'un torrent qui couloit dans la mer pendant l'esté, lors que l'Euphrate se debordeoit. Quoy qu'il en soit, les Assyriens & les Babyloniens, qu'une longue possession faisoit regarder ces eaux comme leur propre, s'opposèrent à ce larcin des Arabes; & il en vint de grands demeslez entre ces nations. Il semble que ce fut pour terminer cette querelle, & rendre aux Babyloniens ce qui leur appartenoit, qu'Alexandre entreprit de remettre l'Euphrate dans son ancien lit, en bouchant le canal nommé Pallacopas, qui luy faisoit prendre un autre cours. On n'avoit pensé en creusant cette fosse, qu'à faire ce qu'on avoit fait en creusant les autres, savoir à empêcher les débordemens de ce fleuve, qui arrivoient tous les estez, en conduisant ses eaux dans des estangs & des marais: mais les terres des Babyloniens demeurant a sec pendant le reste de l'année, & celles des Arabes en profitant, Alexandre voulut remettre les choses en leur premier estat; comme un satrape de Babylone l'avoit voulu faire auparavant. L'ouvrage fut commencé, mais la mort de ce Prince empêcha qu'il ne fust consommé alors, comme il l'a esté depuis. Alexandre visita plusieurs de ces conduits, les fit nettoier, ouvrit les uns, boucha les autres, & en fit faire quelques nouveaux. Quæ nihil certe aliud sunt, nisi Vossii Latina verba in Gallicum trajecta. Hinc mentio est Arabum, hinc illi dicuntur incepisse a detourner les eaux de l'Euphrate, idque ad effugiendam la secheresse de leur

leur terre sablonneuse. Hinc illud larcin des Arabes, cui se opposuerunt Assyrii & Babylonii, ne Latine tantum Arabes latrones legerentur suffurati. Hinc Alexander dicitur dirimere voluisse litem, quæ nulla uspiam legitur fuisse, nisi apud hos duos. Hinc idem constituit remettre l'Euphrate dans son ancien lit, unde nunquam fuit evolutus, aut reponere res in pristinum statum; denique hinc certus quidam satrapa voluit aliquid conari; tum & ex Strabonis sententia inspexit Macedo fossas, purgavitque & quædam ora obstruxit, alia aperuit, quæ tacet Arrianus & nescio an præstare potuerit Strabo: certe & in hoc loco multa visit ac parat Alexander, quibus ille adfuit unus, aliorum hominum nemo, utique nec Ptolemæus nec Aristobulus, unde hausit Arrianus & narrat satis simpliciter. Et sicut ille, ita & Strabo nihil novit, quod in utilitatem Arabum cesserit. Utilius est paradisum gerere in pectore, quam in tali libro, tantope-

re futilia aliunde sublegente astutius, quam Arabes aquam, quam mox rursum Vossius averfari eos scribit, quia videbat nihil tale unquam effectum. Itaque multo prudentior Marshamus in Canone pag. 584, nisi quod nesciam, præter id quod notavi, unde tam scæve colligat exitum hunc Euphratis ad Pallacopam olim obstructum fuisse à quodam Babyloniorum Regum præfecto, quod quotannis ab præfecto Babylonio, quicunque erat, fieri debebat & consueverat. Sed quoniam viri docti Arabas ita propinquos admovent huic fluvio Euphrati, contra quam facit Arrianus, compellor in hanc partem addere verba Strabonis mirabiliter in hac parte consentientis cum Arriano, ut Arabiam non noverit nisi demum ultra paludes ex Pallacopa aut aliis fossis ortas. Scribit igitur magnus ille Geographiæ auctor libro xvi pag. 740 postquam notaverat in Euphrate esse à mari ἀνάπλην πλειόνων ἢ τετρακλίων σαδίων. Tum pergit:

Ε'πεμελήθη δὲ καὶ τῶν διωρύγων. (sed MS. semper effert per χ) πλημμυρεῖ γὰρ ὁ Εὐφράτης κατὰ τὸ δέξιον ἢ δέξις, ἐπὶ δ' ἑαυτοῦ δέξιον, ἡνίκα τήκοντο αἱ χιόνες ἀπὸ τοῦ Ἀρμενίας, ὥς τ' ἀνάγκη λιμνάζειν καὶ κατὰ κλυζέσθαι τὰς δέξις, εἰ μὴ διοχετεύοι τις παρθέαις καὶ διώρυξιν τὸ ἐκπίπτον ἢ ῥεῖ καὶ ὅτι πολὺν ὕδατος· κατὰ τὸν καὶ ἐν Αἰγύπτῳ τὸν Νείλῳ. Εὐτεὺθεν μὲν οὐκ αἱ διώρυγες γεγενῆσιν. ἡρεῖα δὲ ὅστιν ὑπονοήσας μεγάλης. Βαθεῖα γὰρ ἡ γῆ, καὶ μαλακὴ, καὶ εὐένδοτος, ὥς τε καὶ ἐκείνη ῥαδίως ὑπὸ τῶν ῥιμμάτων, καὶ γυμοὶ τὰ πεδία, πληροὶ δὲ τὰς διώρυγας καὶ τὰ σόματα αὐτῶν ἐμφρατὶς ῥαδίως ἢ χροῖς· ἐπὶ δὲ συμβαίνει πάλιν τὸ ὑπέρχουσιν τῶν ὑδάτων εἰς τὰ πρὸς τὴν θαλάττην πεδία ἐκπίπτουσαν λίμνας ἀποτελεῖν καὶ ἔλθιν καλαμῶνας. ** Τὸ μὲν οὐκ πάντα πασι καλῶν τῶν ποταμῶν πλημμυρεῖν ἔχον οἷόν τε ἴσως· τὸ δὲ τῶν δυνατῶν πρὸς φέρειν βοήθειαν, ἡγεμόνων ἀγαθῶν ἐστίν· ἡ δὲ βοήθεια αὕτη, τὴν μὲν πολλὴν παρέχουσιν ἐμφρατὶς καλῶν, τὴν δὲ πληρῶσιν ἢ ἡ χροῖς ἐργάζει, τὴν κατὰ ἀνακαθάσει τὴν διωρύγων, καὶ ἐξαυτῇ τὴν σόματα. Ἡ μὲν οὐκ ἀνακαθάσει, ῥαδία· ἡ δὲ ἐμφρατὶς, πολυχρείας δεῖται. Εὐένδοτος γὰρ εἶναι ἡ γῆ καὶ μαλακὴ, τὴν ὅτι φορηθεῖσιν ἔχον ὑπομένει χροῖς, ἀλλ' εἰκόστα συνφέλεται (sic enim MS.) καὶ κένιν, καὶ ποιεῖ δυσεύχουσι τὸ σόμα. Καὶ γὰρ καὶ ταχὺς δεῖ πρὸς τὸ ταχέως κλεισθῆναι (nam & ita MS.) τὰς διώρυγας, καὶ μὴ πᾶν ἐκπεσεῖν ἐξ αὐτῶν τὸ ὕδατος. Ξηρανθεῖσιν γὰρ τὸ δέξις, ξηραίνουσι καὶ τὸ ποταμὸν παρθεαίς δὲ, τὰς ἐποχλείας καὶ διώρυγας παρέχουσαι κατὰ καιροὶ, ὧν δεῖται πλείονος δέ-

Fossarum quoque idem curam habuit. Exundat enim Euphrates æstatis initio, sub ver incipiens, cum jam nives in Armenia liquefunt; ut necesse sit stagnare arva atque inundari; nisi quis ingruentem fluxum & aquarum vim per fossas & canales divertat: quemadmodum Nilum quoque coercent in Ægypto. Hinc ergo fossæ actæ sunt: sed operâ multâ opus est. Nam cum terra profunda sit, & mollis, ac facile cedat; nullo negotio ab fluentibus aquis extrahitur, & campi nudantur, ac limus fossas implet earumque ora obstruit: unde rursum aquarum eluvio fit, quæ in campos mæri propinquos effusæ, lacus, & paludes efficiunt & arundineta: ** Fieri nequit, ut hæc inundatio omnino prohibeatur: afferre autem aliquod remedium, bonorum principum munus est. Remedium est, nimiam aquarum effusionem obstruendo prohibere, fossarum vero repletionem quam limus efficit, eas expurgando & ora aperiendo. Ac purgatio quidem facilis est: obstructio multarum manuum operam requirit. Nam cum terra facile cedat, & mollis sit, aggestum limum non sustinet, sed cedendo & ipsam simul subtrahit, & os obturatum difficile reddit. Quin & celeritate opus est, ut cito fossæ claudantur, & ne omnino ex eis aqua elabatur. Fossæ enim per æstatem arefactæ flumen quoque siccant, quod subsidens derivationibus non potest tempestivis sufficere, quibus regio perusta & siccitate squa-

lens

ρὺς ἔμπυρσος ἦτορ ἡ χώρα καυματοῦρα. ἀφ' ἧς δ' ἔδει ἢ τὰς πληθὺς τῆς ὕδατος χα-
τακλίσας τῆς καρπῆς, ἢ τῇ λειψυρίᾳ
τῷ τε δὴ τῷ ἀφ' ἧς τῆς ἀνά-
πλητος πολὺ τὸ ληίσμον ἔχοντας αἰεὶ λυμαι-
νομένης γὰρ ὑπ' ἀμφοτέρων τ' λευκῶν παθῶν,
ἔχουσιν τε ἐπαροχθῆναι, εἰ μὴ ταχὺ μὲν ἐξα-
νοίγητο τὰ γόμα τῆς διώρυγας, ταχὺ δὲ
κλείοντο, καὶ αἱ διώρυγες αἰεὶ μετειάζουσιν, ὥς
τε μηδὲ πλεονάζειν ἐν αὐτοῖς τὸ ὕδωρ, μηδὲ
ἐλλείπειν. Φησὶ δὲ Ἀλέξανδρος τὸν Ἀλέξαν-
δρον αὐτὸν ἀναπλέοντα καὶ κυβερνῶντα τὸ σκά-
φος ἐπισκοπεῖν καὶ ἀνακαθαίρειν τὰς διώρυγας
μὲν τὴν πληθὺς τῆς σινακολογησάντων ὥς δ'
αὐτὸς καὶ τὰ γόμα ἐμφράττειν, τὰ δ' ἀνοίγειν
κατανοήσαντα δὲ μίαν τὴν μάλιστα τείνουσαν ὅτι
τὰ ἔλη καὶ τὰς λίμνας τὰς περὶ τὸ Ἀραβίας,
δυσμεταχείριστον ἔχουσαν τὸ γόμα, καὶ μὴ ῥα-
δίως ἐμφράττεισθαι δυναμένην ἀφ' ἧς τὸ δύν-
δοτον καὶ μαλακώγειν, ἄλλο ἀνοίξαι καὶ τὸ γό-
μα σπὸν σαδίον τριάκοντα ὑποπετρὸν λαβόν-
τα χεῖρον, καὶ κεῖ μεταγαλῆν τὸ ρεῖθρον. Ταῦ-
τα δὲ ποιῶν θεωροῦντα ἅμα καὶ τὴν μὴ τῶν Ἀ-
ραβίαν δυσείκοτον τελείως ὑπὸ τῆς λιμ-
νῶν καὶ τῆς ἑλῶν σπυτελειομένη, νησιάζουσαν
ἤδη ἀφ' ἧς τὸ πληθὺς ὕδατος ἀφ' ἧς τὸ δὴ
κατακλίσας τὴν χώραν ταύτην, καὶ τὸ λυμαίν-
οντα ἤδη κατασπιδῶντα τὰ πλοῖα τὰ
μὲν ἐν Φοινίκῃ τε καὶ Κύπρῳ ναυπηγησάμενον
ἀφ' ἧς τῆς τε, καὶ γρηγορῶς, ἀκομιδέντα εἰς
Θάψακον σαδίους ἐπὶ τὰ, εἴτα τὰς ποταμῶν χα-
λακομιδῶν μέχρι Βαβυλῶν. τὰ δ' ἐν τῇ
Βαβυλωνίᾳ συμπηξάμενον τὸ ἐν τοῖς ἄλυσιν καὶ
τοῖς ὠρεαίοις κυπαρίστων σπάνις γὰρ ὕλης
ἐπὶ αὐτὰ ἐν δὲ Κουσαίοις καὶ ἄλλοις ποιεῖται
πῆς ἐπὶ ὑπερία. *** Ταῦτά τε δὴ παρα-
μαλθύνεται ὡς τὰς διώρυγας τὴν Ἀλέξανδρον,
καὶ ἵες τὰς σκαλωθεῖσθαι ἵες τὴν βασιλείαν καὶ
δυναστείαν. ἵες γὰρ πλείους ἐν ταῖς λίμναις εἶ-
ναι. Ἐξαποδίδει δὲ τὴν λιμνῶν μηδεὶς τὴν περὶ
τῇ Ἀραβίᾳ φησὶ τὸ ὕδωρ σπυτελέμενον διεξόδον
ἀνοίξαι πῆρες ὅτι γῆς, καὶ δι' ἐκείνων ὑποφέ-
ρεσθαι μέχρι Κοιλοσύρων ἀναθλίβεσθαι δὲ εἰς
ἵες ὡς τὸν ῥινοκόλωνα καὶ τὸ Κασίον ὅπου ποταμὸς, καὶ ποιῶν τὰς ἐκεῖ λίμνας καὶ τὰ Βάγαβα.
Οὐκ οἶδα δ' εἰ πιθανῶς εἴρηκεν αἱ γὰρ τὴν Εὐφράτην παρεκχύσεις αἱ ποιῶσαι τὰς περὶ τῇ
Ἀραβίᾳ λίμνας καὶ τὰ ἔλη, πλησίον εἰσὶ τῇ Πέρσας θαλάττης &c.

lens per æstatem plurimum eget: neque ve-
ro quicquam refert, aquarumque multitudine
obruantur fruges, an siti depercant. Præ-
terea cum navigationes valde utiles sunt, ab
ante dictis causis impeditæ confici recte ne-
queunt, nisi fossarum ora cito aperiantur,
citoque claudantur: ut semper fossæ medio-
critatem fervent, ne in eis aqua aut redundet
aut deficiat. Narrat Aristobulus, Alexan-
dram ipsam navigantem & gubernantem na-
vem fossas inspexisse, easque comitantis mul-
titudinis opera expurgasse, & ora quædam
obstruxisse, nonnulla aperuisse. Cumque
fossam unam maxime apud paludes & lacus,
qui sunt ante Arabiam, tendentem animad-
verteret habere os intractabile, & obstru-
ctu difficillimam propter cedentem & mol-
lem terram; aliud novum os aperuisse xxx à
priori stadiis, capto loco petroso, atque tra-
ducto istuc alveo. Idque etiam ideo actum,
ut præcaveret, ne Arabia omnino difficilis
esset ingressu propter lacus & paludes; cum
propter aquarum multitudinem jam tum effecta
insula videretur. Habebat enim in animo
regionem eam occupare, jamque ad hoc &
classem & receptacula paraverat ac navigia
partim in Phœnice Cyproque construxerat,
tum dissolubilia, tum clavis compacta, quæ
per septem stadia Thapsacum portata, post-
ea Babylonem flumine delata sunt: partim
in Babylonia ædificaverat ex lucorum &
hortorum cupressis. Ibi enim materiei inopia
est: apud Cossæos vero & nonnullos alios
mediocris copia. *** Tum ista tradit A-
lexandrum circa fossas effecisse; tum regum
& principum sepulturas, quarum plurimæ
in lacubus erant, refodisse. Eratosthenes
paludum mentionem faciens quæ apud A-
rabiam sint, aquam dicit, quum exitum
nullum inveniret, subterraneos sibi meatus
aperuisse, ac per illos usque ad Cœlesyros
delatam in ea flumina erumpere, quæ circa
Rhinocolura & Casium montem sunt; at-
que ibi & lacus & voragines efficere, quæ
haud scio an verisimilia dixerit. Nam Eu-
phratis effusiones quæ Arabiam versus fa-
ciunt lacus illos ac paludes, mari Persico
proximæ sunt &c.

Sic igitur quum hæc describat Strabo,
ita ut ex eo videamus quoque imitationem
aut tacitam Ptolemæi aut Aristobuli expre-
ssam Arrianæam, transire sermo debet ad
partem non ex ingenio suo, sed varietate
interpretantium difficiliorem, unde huic
exercitationi venit prima occasio, & pro-

prie tangit emendationem huic eluvici alla-
tam ab Alexandro rege, ab Arriano nostro
sic narratam libro vii in capitis 21 fine:
Εἴθ' ἂν μὲν δὴ τὴν Παλλακόπαν ἐπέπετο τῇ Εὐ-
φράτῃ ὁ ῥῆς, καὶ τῇ δὲ ἐγνω βεβαίως σπο-
κλείσαι τὴν ἐκβολὴν. Προελθόντι δὲ ὅσῳ στα-
δίῃς

διὰς τελευτήσαντα ὑποπέρεσθαι ἢ γὰρ ἐφαίνετο, οἷα ἀφροσύνην εἰς ξυνοψὶς ἐγένετο τῇ πάλαι διόρυγι τῇ χε' τῇ Παλλακόπῃ ἔτ' ἀν' ἀφ-

χεῖδαι παρέχειν τὸ ὕδωρ ὑπὸ περρότητας τῇ γῆς, πῶς τε ἀποπροφύω αὐτὴ τῇ πεταγμένῃ ὕδα μὴ χαλεπῶς γίγνασθαι. Quæ ita vertit,

BARTHOLOMÆUS
FACIUS.

Itaque qua in Pallacopam derivabat Euphrates, ejus exitum firmitus obstruere instituerat. Cumque ad xxx stadia ulterius progressus esset, solum reperit lapidibus interjectis solidius, quod discissum & ad antiquam fossam (per quam Pallacopas labebatur) congestum non fineret facile aquam diffundi, propter terræ ipsius firmitatem: atque ita statis anni temporibus facilem aquarum conversio facilis futura videbatur.

BONAVENTURA
VULCANIUS.

Itaque qua in Pallacopam Euphrates derivatur, ejus exitum firmitus obstruere instituit. Quumque ad stadia triginta progressus esset, petrosam terram reperit, quæ si intercisa ad veterem Pallacopa alveum perduceretur, nequaquam, propter terræ firmitatem, aquam transmissura esse videbatur, atque ita statis anni temporibus facilem aquarum conversionem atque exundationem fore judicabat.

ISAACUS
VOSSIUS.

Itaque qua in Pallacopam exit Euphrates, illic firmiter ostium ejus obstruere proposuit. Quumque ad stadia triginta progressus esset, petrosa occurrit terra, quamque intercissam fuisse comparebat. Ea si continua fieret ac denuo conjungeretur, nequaquam ob sui firmitatem aquam transmissura esse videbatur ad antiquam illam Pallacopa fossam: atque ita præstito tempore, quandocunque Alexandro placeret, non difficile futurum fluminis divortium.

JOHANNES
MARSHAMUS.

Qua in Pallacopam divertitur Euphrates, illic ejus exitum firmiter obstruere instituit: progresso autem ad stadia triginta occurrit terra petrosa, & quasi intercisa: quæ si clauderetur, ob terræ firmitatem, aquam per veterem Pallacopa alveum nequaquam transmissura esset; neque tamen diverso aquæ, statis anni temporibus, esse difficilis.

Relinquendus est prior suæ ætati. Vulcanium commodè interpretatum apparet, sed Vossius cum respiciens in observationibus ad Melam pag. 285, negat sensum verborum Arriani assecutos fuisse interpretes; ita enim illa reddenda esse. Et agnoscit quisque lector diversitatem; an justam & probandam, id est, de quo agitur. Ego quum non possem huc concedere, monui Lectorem, ut videret, an hic novus interpres ullam partem veræ sententiæ esset adsequutus certius, quam alii, & movi has difficultates. Vide jam, Lector, an hic novus interpres ullam partem veræ sententiæ sit adsequutus certius, quam alii. Primo considera, unde hauriat duas illas voces *occurrit* & *comparebat*. Etenim si *ἐφαίνετο* ad priora jungi debet, non nisi *occurrit* significare potest; si ad posteriora, & notabit *comparebat*, unde petiit illud *occurrit*? Alterutrum certe est merum commentum cecrebris Vossiani, non modo præter mentem Arriani, sed quo omnis veritas in fucum & vanum redigitur. Talis quoque est copulativa in illis *quamque intercissam fuisse apparebat*. Ubi illa in Arriano? an Græci illam non æque solent exprimere ac Latini? Deinde an οἷα ἀφροσύνην sic notat intercissam fuisse, ut jam non amplius esset intercisa? Quis doctus Græce, quis homo sanus, nedum Arriani studiosus id dicet ac talem harum duarum vocum versionem dabit? Ne dicam, quomodo comparebat intercissam esse? Atqui nunquam illic intercisa fuerat. Præterea an illud *denuo* ullum vestigium habet in Græcis? Inapte vertit ἀποπροφύω *divortium*, quum notet repressionem & continentiam Euphratis intra ripas & aversionem ab alveo in fossam, ut appa-

ret manifeste in præcedentibus. Divortium vel diverticulum esse ἐκτροπήν docuit ex glossis Salmasius in eadem illa nota, in qua ille μεγάλη ποταμός sic reprehensus ab nostro occurrit. Jam quæ sententiæ universæ summa est, si firmiter obstrueretur ostium, qua in Pallacopam exit Euphrates, & si quoque illa pars, quam intercissam fuisse comparebat, denuo conjungeretur, quo igitur iturus erat Euphrates? quo illud divortium fluminis ducetur, si nullum ex duabus ripæ aperturis pateret? Taceo, quod quum pateat manifeste ab Arriano junctim posita esse ξυνοψὶς ἐγένετο τῇ πάλαι διόρυγι, ille hæc discerpit, & Græcissimum talem nobis præscribat, ad cujus foeditatem omnia Salmasiana aurum sunt. Sed & auctores hujus fossæ facit Arabas ad irrigandam siticulosa terram suam, quod certe non facit Arrianus: ex quo perspicue constat eam factam ab Assyriis, ut ab inundationibus ex Euphrate per hanc alterius lateris aperturam suas terras liberarent. Hinc etiam tunc Alexander renovaturus eam fossam non Arabibus sed Assyriis erat gratificaturus, ut diserte testatur Arrianus.

Quæ simul vidit, non dubitavit nescio quam mentem induens, quia gravabar hoc specimen adeo notabiliter ad ostentationem prolatum, sic sua tueri, si tali appellatione licebit describere incredibilem errorum aggerationem, ut patebit. „Verba Arriani „hæc sunt; μεγάλην ἣ ὅσον αὐτῆς τελευτήσαντα ὑποπέρεσθαι ἢ γὰρ ἐφαίνετο οἷα ἀφροσύνην. „Ista sic reddidi, Quumque ad stadia triginta progressus esset petrosa occurrit terra „quamque intercissam fuisse comparebat. Miri- „fice hic excandescit minime sui potens juvenis & quærit; Unde istud occurrit &

Zz 3

„com-

„diat Appianum, secundo Civil. Belloꝝ, hęc eadem narrantem; Ε'σελθὼν γὰρ μὴν καὶ πλέων κατὰ τὴν Εὐφράτιν ἐπὶ τὸ ποταμὸν Παλλακόταν, ὅς τ' Εὐφράτιν ἔπλεον ἔσται ἐς ἑλὴ καὶ λίμνας ἐκφύει καὶ καλύει τὴν Ἀσσυρίαν γὰρ ἄρδων ἐπιπλέειν ἐπὶ νοῦντα δὲ τῶν Αἰγυπτίων τὸ ποταμὸν, καὶ ἐπὶ τῶν ἐκπλέοντα, &c. Navigans per Euphratem ad Pallacottam fluvium, qui Euphratem excipiens in paludos & stagna abducit, & impedit quominus Euphrates Assyriam terram penitus inundet. Illum fluvium [Pallacottam nempe] cum muro interjecto in animo haberet obstruere. &c. Quem Pallacopam Arrianus, eum Pallacottam vocat Appianus, & sic fere vetera Plinii exemplaria. Clarum est itaque ab Arabibus & Chaldæis, qui & ipsi fuere Arabes, ductam fuisse antiquam hanc Pallacopæ seu Pallacottæ fossiam, quæ totam Babyloniam ejusque portionem Chaldæam ad sinum pene usque Persicum irrigabat. Quod si quis miretur quomodo in detrimentum terrarum trans Euphratem reges Assyriorum fossiam istam fieri permiserint, habeat is pro responso tredecim primos Assyriorum reges omnes Chaldæos fuisse vel Arabas, ut ex Beroso testatur Africanus, & ex illo Syncellus.

Scribit Arrianus usitatum Pallacopæ ostium quum esset in terra ἰλυώδης, obstrui solitum ab satrapis, sed non nisi difficillime, & ut per tres menses operam decem millium hominum requireret. Hinc Alexandrum proposuisse aliquid facere in gratiam Assyriorum, & semel hoc ostio Pallacopæ obturato per firmiores materias, alium ex Euphrate ductum extruere incidentem tamen huic eidem Pallacopæ, sed & cujus ostium claudi facilius & aperiri poterat tum ad exonerandum, tum ad continendum alveo suo Euphraten, prout res exigeret. Ita quum constituisset Rex, executionem ejus consilii sic peragit Arrianus, πρὸς τὴν δὲ ὅσον σάδιος τελευτῶντα ἐπέπαυτο ἢ γὰρ ἰφαίνετο οἷα διακρίσσειν. Hęc ab Vossio sumuntur velut jungenda, & explicantur nunc gemino vocum modo, etsi firmus sit in antiquiore ad Melam prolato. Quod igitur ad priora attinet, non pœnituit nec pœnitet me priorum, quæ in eo criminatus fui, quippe verissima & quæ tacite ipse agnovit. Etenim quum dicit petrosa terra occurrit, quamque intercissam fuisse comparebat, in iis ita se tuetur, ut ne tentet quidem excusationem audaciæ in immittenda copulativa, quæ turbat omnem sententiam. Qui enim sic Latine loquitur, in terra ista agnoscit duo, nempe petrosam esse & intercissam fuisse, quum Arrianus si & ipse hanc sen-

tentiam in animo habuit, id extulisset ἰφαίνετο & διακρίσσειν. Sic eadem duo dixisset. Sed per fidem! quæ connexio insequentium foret? Vide ipse, lector, & scies nullam esse. Cur igitur illam quam dederat præferendam censuit versionem, in qua vertit, quod non est in Arriano, atque adeo nec sit versio. Sed medio tempore legerat aliquid diversum in Chronico Canone Marshami, qui & ipse copula abutitur, quam ex meo monitu videt abesse posse si ad verbum exprimat sententia; quod ubi potest fieri, cur non fieret? Verum ipse eam quam dedit præferendam censuit versionem. Si causam quæras, nullam dare dignatur, quia habuit nullam. Unde id quidem pro vano evicti. Præterea nunc dicit quævisse me, an sic intercissa fuerit ea fossa, ut jam non amplius esset intercissa? cui respondet, ineptum quæsitum, quid enim clarius eo quod scribit Arrianus fossam eam fuisse apertam; id enim si non sit, an non stultum fuisset Alexandri de obstruenda ea propositum? Post futilem dein interrogationem iterum quatit, quomodo appareret fossam eam intercissam fuisse? Vel puer hoc intelligat: per triginta enim stadia, quod tellus esset palustris & cænosa, nulla poterant fossionis superesse vestigia. At vero saxeo occurrente solo, jam clare ut habet Arrianus intercissionis apparere vestigia. Primo igitur monstrari debuerat, ubi & quando ego quæsierim, an ea fossa intercissa fuerit. Quod indicium meæ quæstionis de fossa? Si supponeretur fuisse fossiam, crediderim, supponi simul potuisse etiam fuisse intercissam. Quæsi de petrosa terra, in quam incidit Alexander ad stadium xxx, quam statuit intercissam, & fingit fossiam, quæ nulla fuit. Verba enim mea fuerunt ἀνοῖα διακρίσσειν sic notat intercissam fuisse, ut jam non amplius esset intercissa. At nec Græcas voces Arrianus alio refert, quam ad præcedentem πετρώδη γῆν, nec ego meas referre ad aliud potui. Unde apparet non sine mendacio verbis illis meis fossiam affingi, ut habeat frustrare lectorem, me nigrum facere, formare interrogationes, adnectere responsiones, quæ nihil ad rem conferunt. Ne dicam, me etiam non quævisse, quomodo appareret, sed quomodo comparebat, quippe & id in hoc sensu sumens ab ipsa Latina Sirene. Arrianus nupiam scribit ad xxx stadium fuisse ante Alexandrum apertam fossiam, nec aliam ante Alexandrum ille novit fossiam, nisi ubi tunc erat Pallacopæ usitatus ingressus, qui erat retroversus Babylonem trigesimo stadio ab petrosæ terræ loco. Sed nec Alexander de obstruenda alia fossa cogitat, nisi usurpati ante ipsum Pallacopæ, cujus os ab Babylone abesse dicit decem stadia. Si fuisset διακρίσσειν, & quidem petrosa terra, & sic ut aperta emittere aquam potuerit, profecto satrapæ non

non fuissent tam cæci nec ipsi Babylonii, ut non eo transitu potius fuissent usi jam ante Alexandrum; & Pallacopæ laboriosum os semel obstructum perpetuo sic relicturi fuissent. Sed non fuit διακοπή illa ἀπὸ πτερῶν, nec Arrianus scribit apertam, nedum fossam fuisse; & quidquid ille mugiat, & fulem meam exclamationem proscribat, quasi vel puer intelligat, quomodo apparuerit fossam (nec apparere dixi, nec fossæ mentionem ullam feci) eam intercisam fuisse, nunquam probabit saxeo occurrente solo jam clare intercisionis apparuisse vestigia & sic habere Arrianum. Somnia sunt mera ac ludibria hæc omnia. Quinimmo an societas fabrorum Alexandri Magni non habebat aliud indicium cognoscendæ & detegendæ latentis petrosæ terræ, nisi ubi eam videbat intercisam? Egregios profecto oportet illos fuisse fabros, & plane tam natos, quam est hic in advertendo sensu Arriani & Græcarum vocum. Ille tamen satyrico risu pergit quærere, *quomodo fossa, quomodo διώρυξ sine intercisione potest subsistere*. Sane possunt τὰ κενὰ τῶν σιδηρῶν ἔχειν. Non agnoscit Arrianus in hoc saxeo solo διώρυγα: sed τὴν πάλαι διώρυγα vocat ipsum Pallacopam ad DCCC stadium, qui vere fuit ἡ πάλαι διώρυξ, & mansit ille quidem postea, sed initio & ostio per Alexandrum mutato. Hic ubi vox διακοπή apponitur, nihil ab eo agnoscitur, nisi ἀπὸ πτερῶν, non fossa, non διώρυξ. Qui consulit ipsas Arriani voces, illum latere nequit clarissima hæc distinctio, & inficeta confusio. Nupiam vel Arrianus διώρυγα vel interpretes Latini *fossam* habent ad xxx stadium. Sed universa Vossii corruptela, quæ & satis magna est, in eo consistit, quod omnes illas voces velut junctas ab Arriano & hinc jungendas ab lectore concepit, quum prorsus jungi nequeant, quod manifeste infra probabo, quum Marshamum temere his irretitum pariter videbimus. Quum porro criminarer ἀποσποφῶ inapte ab eo acceptam esse pro divortio, quum notet repressionem & continentiam Euphratis intra ripas & aversionem ab alveo in fossam, mirifice multa hic cavillatur; quasi cum ille intelligere nolit, aut non intelligat, etiam alii non intelligant, & neque ipsa cohæreant. Primo quærît, *si ἀποσποφῶ hoc in loco significet id quod dico prius, nempe repressionem & continentiam Euphratis intra ripas, quomodo potest notare aversionem ab alveo in fossam, cum istac manifeste sibi invicem sint contraria*. At cur sunt ista inter se contraria, repressio & continentia Euphratis intra ripas, & aversio ab alveo in fossam? nisi quod ille captando voces putat effugere posse, & egregiam mihi sic attulisse noxam; quasi quum Euphrates reprimatur & continetur intra ripas, non avertatur aqua ejus,

ne possit ab alveo in Pallacopæ fossam delabi. Quis crederet adeo morosum & subtilem in deprehendis manifeste contrariis? Ille tamen inclamat, *quis hæc intelligat aut quomodo hæc coherent?* Scilicet quoniam hæc sunt contraria apud hunc intelligentem virum & præcipue intelligentem Latinam. Ille putat, eum, qui quam maxime ad Græcam loquutionem appropinquare volens dicit *aversionem ab alveo in fossam*, dicere idem divortio, quasi aversio illa non possit aliter considerari, atque ita semper supponatur contingere immisio aquæ ex naturali alveo in appositam fossam; non etiam intelligi possit prohibitio & ratio intersepiendi, ne fiat. Hoc postremum esse hujus loci statuo, etsi non me fugiat & ab Polyæno dici Ἡ ἑκαλῆς πέτραις μεγάλαις ἐξελκίσαι ἀποσποφῶ τὸ ποταμὸν εἰς τὸ πεδίον; ab Scholiaste Apollonii Rhodii, ἐπιφανέστα ἡ Ἡ ἑκαλῆς τὸ μὲν ποταμὸν ἀποσποφῶ εἰς τὴν θάλασσαν, quod antea dixit ἐξοχετῶναι διὰ ῥυτί. Ab Luciano in Hippiâ ἀποσποφῶ ἢ διαίρεισθαι τὸ ποταμὸν, ab Pausania τὸ ὅτι ποταμὸν ἀποσποφῶ σφίσειν εἰς τὸ τὰ χεῖρα, ab Stephano in Σχερεῖα, δευδῆναι δὲ Ποσειδῶν ἀποσποφῶ τὰ τῶν ποταμῶν ῥέματα; & similiter *avertere* occurrat de fluvio apud Latinos. Utraque ista quum amnis ex sueto alveo per saxa & obstructions cogitur aliam viam petere, meminisse satis crebro legi in Latinis Græcisque, sed ab hoc loco alienum est. Itaque jubeo illum rursus contentum esse suo cerebro, in quo solo hanc descriptionem divortii scriptam & conceptam esse deprehendet, non alibi. Quasi vero quum ego sic loquutus fui, non satis ex præcedentibus dederim intelligendam aversionem Euphratis ab alveo in fossam lapsuri. Quasi quum toties ab Latinis culpeatur aliquis *avertisse pecuniam*, ille intelligi debeat rejectisse ab se, & non repressisse vel vertisse ad se; aut si his vocibus reclamet, vel hæc quoque detorqueantur a recto alveo, retinuisse apud se & repressisse, subintellectis similibus, quæ nunc subintelligimus. Quasi non & Tacitus dicat pari brevitate *terga in suos vertere*. Sed ille prout loquatur, videat, quem opinor & certe scio in hac parte sic Latine loquuturum, ut postea loquitur, quum Pallacopam totum scribit fluere in *ditione Arabum*. Sed nec illi id sufficit. Pergit enim gravibus aliis interrogationibus me urgere. *Sed & unde habet ἀποσποφῶ notare repressionem seu continentiam intra ripas, ipsa vocis reclamante natura*. Causa erat admodum dura docere senem, & talem, & qui sic velut pro auctoritate me rogando urgebat. Videlicet quoniam non ex Lexicis, quibus ille adfuerat, hausi quod habeo sermonis Græci, ideo ignarus, unde ego ad hanc explicationem veniam, audet mihi hanc interrogationem ponere, instar talpæ etiam

in tenebris sciscitans naturam vocis. Non existimo esse, qui dubitare possit de illa mea interpretatione, neque hactenus ille tanti mihi est, ut me in illius gratiam fatigem. Ut tamen exhibeatur plenissime, quod rei est, nempe putavit prorsus ἀποστροφῇ debere esse ἐκτροπὴν, de qua meminerat sollicite definienda scripsisse pag. 243 ad Melam; ubi tamen ego opperiebar rursus anonymos, ut solet, Grammaticos penes ipsum exstantes. Sed ipse nihilominus, quum pro contrariis illa habuisset, adsumens quod tanto vocum naturæ scrutatori placebat, sic ridet. *Quod si alteram quam ponit admittat expositionem, habemus divortium, habemus quod volumus, & ipse in perniciem suam proprio miser se oblitit visco.* Sic enim potuit ille gloriari se habere, quod nunquam acceperat; habere divortium, sed ab iusta æquitate interpretandi voces alterius. Neque enim ego posui duas expositiones, ut earum alteram velut distinctam diversamque cogar admittere, neque ullo modo dixi notare divortium fluminis. Equidem satius erat manere in proposito & valere jubere hunc molestum consultorem; sed tamen mei apud alios purgandi gratia, effabor publice, unde didicerim ἀποστροφῇ non esse divortium, & prave infausteque considerari ejus naturam ab nostro sene. Ipse Arrianus paulo ante in hoc ipso digressu scribit, in Pallacopæ usitato ostio ἰλυνδης ἡ πύλη γῆς, ἢ πηλός ἡ πύλη αὐτῆς, οἷα δεχομένη τὸ ὕδωρ τῆς ποταμῆς μὴ διμαρῆς ἀποστροφῇ αὐτῇ παρέχειν. Quomodo post Facium, qui se conturbat, *quoniam terra ipsa limosa ac plurimum lutosa est: quæ ubi in se fluminis aquam admisit, non facile reflectitur*, postremas has voces interpretatur Vulcanius? an per divortium? immo plane contrarium, *minime facilem aqua reflexionem admittat*: aut Marshamus quod terra illa, *cum sit limosa, aquam non facile avertat.* Et recte. Nam si notaret divortium, omnino id facile in tali terræ ingenio futurum dicere debuit & dixisset; sed dicit auctor ob terram, quæ intrare aquam in se patitur & inde solubilem reddit aggerem vel obstructionem, posse difficulter reprimi & contineri aquam in Euphrate, & averti, quominus ex alveo ejus in fossam effluat & non fiat divortium vel aversio, prout eadem ista vox aliter usurpatur, nempe ab propensione labendi in Pallacopam. Strabo lib. xvi prorsus hanc ipsam sententiam sic effert, *ποῖν δυνάχων τὸ εἶμα*, id est, facit, ut difficulter impediri divortium possit obturando. Quid igitur quærit jam ultra hic cespitans quæstor, unde habeam? Sed dabo auctarium. Didici ex Herodoto, cujus verba sunt in Euterpe cap. 13 post junctiones narratas inter Scythas & Græcos,

ὃ γὰρ δὴ σφί ἐστὶ ὕδατος ἐδεμένη ἀλλή ἀποστροφῇ, ὅτι μὴ ἐκ τῆς Διὸς μῆναν. Quod plane dicitur, ut apud Lucianum mulieres meretrices, ἀλλή μὲν γὰρ ἡμῖν ἀποστροφῇ τῆς βίης οὐκ ἐστὶν, ὡς θυγατέρ. Quæ vox ibi pro custodia & conservatione ac tutela, & tantum abest, ut illic notare queat divortium vitæ, ut plane contra designet divortium mortis ac retentionem vitæ, & κενόφυγόν, prout interpretatur Harpocratio in loco Demosthenis, de quo illic Valesiana vide. Opinetur ille hoc Herodoti loco intelligi divortium, quo Græci abigant ex suis terris aquam, quomodo vult ex Euphrate abigi aquam ab Assyria aliorum. Opinetur in Luciani loco intelligi divortium vitæ, vel detorsionem vitæ ab suo cursu. Præclarum sane interpretem habebit uterque scriptor. Sed tamen negat senex ἀποστροφῇ subsistere posse, nisi a recto cursu detorqueantur flumina, sive illa simplici decurrant alveo, sive dividantur, & partem aquarum in alium transferant alveum. Applicet hanc pronunciationem vel Arrianæ ἀποστροφῇ in processu aquæ Euphratis, cujus ἀποστροφῇ h. e. progressus in eodem alveo, & aversio, ne cadat in divortium, οὐκ διμαρῆς ob lutosam terram in ripa; vel apud Herodotum Græcæ, demonstratque nulla esse flumina, nisi detorta a recto cursu, vel Lucianæ vitæ conservationi & modo faciendi quæstus. Nec Græcam profecto ἀποστροφῇ nec Latinam aversionem rectis oculis intueri potest. Nam quod de Græca intelleximus, idem in Latina admonemus vel ex uno Tacito, quem scribere novimus lib. iv hist. 13. *Litteris quibus avertere accita a Vitellio auxilia & retentare legiones jubebatur.* Quod ille ibi dicit pro non dimittere à Rheni ripa, plane ut ἀποστροφῇ aquæ est retentio vel non dimissio, & prorsus ut ipse junxi continentiam Euphratis intra ripas & aversionem, vel repressionem. Immo ἀποστροφῇ subsistere potest, si flumen antea divisum, nunc cogatur uno alveo delabi & intersepriatur divisionis via. Quomodo iste debuit intellexisse verba Maximi Tyrii, qui in dissertatione xxxix bene cogitans de Leonida, etsi aliquis suasisset ei paulum Xerxi cedere, simile id scribit fore si quis Socrati suasisset se defendere. *Τί ποῖνι ἄλλο ὡς ἡ Σωκράτης ἀπολογία, ἢ τῶν ἀποστροφῇ*, quum si fugisset Leonidas, non averfurus fuisset Xerxi tergum, sed obversurus, prout etiam interpretatur Dan. Heinsius, & sane jam dixerat δειξάτω τὰ νῦν. Habemus in Virgilio Ecloga viii. *Conjugis ut magicis sanis avertere sacris Experiar sensus*, ubi inter alias explicationes affert Servius in me convertente, prout sane Euphrates in se convertitur clauso Pallacopæ ostio.

Progreditur tamen ille pessimus optimarum rerum interpretēs citare voces meas, in quibus ex ipsius interpretatione quæsi, si & ostium Pallacopæ firmiter obstrueretur, & pars quæ intercisa comparebat, denuo conjungeretur, quo iturus fuerit Euphrates? & quò illud divortium fluminis ducetur, si nullum ex duabus ripæ aperturis pateret? In quibus non modo *nugari* me scribit maculosus æstimator, sed & *multa esse verba, sed multo plures ineptias, nec Arrianum intelligere & ipsum quid scribo nescire*. Pro causâ tot tantorum stigmatum præbet interrogationem, unde *denuo colligit duas istas obstructions, cum de uno tantum Pallacopa Arrianus loquatur ostio, quod obstruatur, æquis dubitat, quin solo nativo contentus Euphrates fluat alveo*? Respondeo, non me quæsiuisse ista ex Arriano, sed ex ipso: non me aliunde collegisse duas obstructions, quam ex saxea Vossii interpretatione, quam illis non-observationibus inseruit. Loquitur enim clare ad hunc modum, & audiat se, quicum mihi res est, non Arrianum quem fingit: *qua in Pallacopam exit Euphrates, illic firmiter ostium ejus obstruere proposuit*. Habet utique unam obstructionem perspicue ab ipso nobis & publico datam. Pergit continenter. *Quumque ad stadia triginta progressus esset, petrosa occurrit terra, quamque intercisam fuisse comparebat. Ea si continua fieret ac denuo conjungeretur*. Habet secundam. Quid enim hæc postrema aliud quam obstruere? Sed si clarius significari id cupis, paret ipse Vossius & denuo explicat, *si ut olim, ita quoque nunc saxeo aggere conjungatur & continua fiat*. Videt igitur non me ad alium has quæstiones retulisse, quam ad nodosissimam istam versionem, in qua sola hæc duæ machinationes natæ & confectæ fuerunt. Ipse fatetur de uno tantum Pallacopæ ostio, quod obstruatur, loqui Arrianum, & tamen fabricatur duas; primam illic, ubi in Pallacopam exit Euphrates, quod sit ab Babylone stadiis 800; alteram in petrosa terra, quæ est stadio ultra xxx. Quæ quum sint sanequam enormia, ille tamen ut saxum furire etiam vult, objicitque me *ignorare quid sit ξυμφής, & quidquid non intelligo, monstruosum putare*. Tenco monstruosum. Quippe an ignorem, quid sit ξυμφής, res ipsa testis erit. Interea succensenti dicamus, *μη ὡν Σύρῳ μη συνείζῃ*. Quid enim facit noster? Rogat *adeone quis in lingua Græca hospes sit, ut Græcum esse nescit id, quod in versione posuimus, si ξυμφής γένοιτο, τῇ πάλαι διώρυγῃ τῇ κατὰ τὸ Παλαιόπαν ἔτ' ἂν διαχέομαι παρέχον τὸ ὕδωρ ὑπὸ ἐπὶ πύλῃ τῇ γῆς, πῶς δὲ ποταμῶν αὐτῇ τῇ τεταγμένη ὥρῃ μη χαλεπῶς γένοιτο*. De ea nempe saxea & intercisa terra dicit, si ut olim, ita quo-

que nunc saxeo aggere conjungatur & continua fiat, non amplius in antiquam Pallacopa fossam propter soliditatem lapidei operis aquas suas transmissurum Euphratem, nec Alexandro difficile fore, quandocunque vellet, Euphraten ad pristinum & naturalem revocare alveum. Equidem quum hæc ab Vossio in seris annis conscripta cogitando recenseo, nequaquam assequor, quid sibi proposuerit. Quin ista olim (ut falso supponit, fingatur tamen) intercisa terra saxeo aggere conjungatur nunc, quid ea pertinet ad Pallacopam aut fossam ejus antiquam? quum triginta stadia intervalli inter ista duo loca fuerint, cur, si in saxea terra impediatur effusio, idcirco eadem quoque erit in Pallacopa? Immo si saxeam istud obstruatur, densior aqua incumbet in Pallacopam & pertundet ejus sepimentum. Attamen hæc est gratia instructi ab Vossio tuceti, quod ille præ tedio compulsus ad vilitatem sui sibi, ut apparet, præparavit, quo enecaret famam suam. sane enim tot nugis & immunditiis hæc scatent, ut nesciam unde incipere me oporteat. Primo igitur agnoscamus distinctionem post verbum γένοιτο esse Vossianæ solertiæ, quum editiones eam non habeant nisi post Παλαιόπαν, unde noster tollit. Per quod nego puritatem Græcismi Arriani conservatam esse, ut contra graviter peccetur in ista solitudine vocis ξυμφής, quæ desiderat casum ejus rei, cui contigua fieret; tum plane ostendit se ignorare, quid sit ξυμφής. Quod crimen non otiose & obiter dictum transibo, utile in me consuluit, sed rebus probatum dabo. Quid enim ille? nempe ex illa versione apparet ξυμφής ab illo dici quodcunque, si antea discissum per medium aliquod diversæ materiæ interjectum jungatur, ut si terra petrosa olim intercisa saxeo aggere conjungatur & continua fiat. Id falsum est. ξυμφής vult abesse aliquod tale medium, & continue ipsam terram sic petrosam procedentem convenire. Sic in Astronomicis συναψῇ modo juncta, modo contigua dici videmus. Sic Dionysio Halicarnass. lib. ix dicuntur Romæ fuisse πύρσι συνεχῆς, αἰὰ δὲ ἐν νυκτὶ καὶ σκότῃ, διακτῇ τε ὑπὸ λαμπρότητι καὶ ὑπὸ τεχνῶν ποταμῶν τὸ πλῆθος ἱππεύοντων, ὥς συναψῆς εἶναι δοκεῖν αὐτῇ συνεχῆσαν ὁρᾶν τὸ σῆμα. Certe σῆμα συναψῆς non foret, si longus fulgor in medio intercisis, alio fulgore diverso jungeretur, sed continuo eodem splendore velut coherente flamma debet procedere velut ἡλίου καταπαράσκειν, ut ingeniosissimus ille Achilles Tatius. Jam vero & de Arriano agimus, quem voce illa non uti nisi addito tertio casu, qualis nunc quoque sequitur, & ideo hanc constructionem jungi debere patebit infra, & in eo plane cæcutisse nostrum senem. Itaque ξυμφής di-

dicit fieri, si faxea intereisa terra ut olim, ita nunc quoque faxeo aggere jungatur & continua fiat, sed si faxea terra vel ripa intercideretur, & ab hoc ore ducta fossa injungeretur veteri Pallacopæ alveo, ut sic non ulterius fodi esset necesse ad abigendam aquam & in lacus ulteriores infundendam, quippe quo eam ductura erat fossa Pallacopæ. Denique reddo ipsi voces suas, & quæro, an possit quis adeo in lingua Græca hospes esse, qui non videat minimè suffultam naturali præsidio orationem lapsare instar casabundi senis? unde pendent illi infinitivi *διαχέειν* *πυρίχων*? Certe universo hoc comate nihil continetur, ad quod referri possint. Immo an potuit hac in parte ferri ista distinctio, quum in paulo ante præcedentibus verbis ita loquentem Arrianum & distinctum audiamus, *πῶς ἢ πῶς αὐτῆς, αἷα δεχόμεν τὸ ὕδωρ δὲ πυρίχων μὴ διμαρῆ δὲ ἀπορροφῶν αὐτὴ πύριχων*? Hic quoque post voculam *αἷα* sequitur participium, sequitur infinitivus; prorsus omnia similia. An possunt ullo modo hæc distrahi? Certe non magis quam ea ipsa, quæ præ manibus habemus. Quid ergo facit Nestoris prudentia? ille Cyclopu manu in vastissimo capite cudi olim curavit accessionem, & vertit *transmissura* videbatur, ut patet in Pomponianis: sed nunc hanc omittit, ac plane adfirmat *non amplius transmissuram*. Sed nunquam efficiet, ut non videatur hians iste sermo & ab Arriano non ita conceptus. Et ubi futurum istud? Sed quid isti portento faciamus? Ita ille adsuetus est. Pejus est, quod deinde offendit. Nam construens *διαχέειν* *τῇ διωρυγῇ* interpretatur *transmissura ad fossam*, vel ut nunc *in fossam*. Quidquid tumultuetur, nunquam vel loquutionem illam Græcam probare poterit; nunquam ei hæc Latina iuste respondere. Itane? *διαχέειν* *νῦν* est transfluere ad aliquid? qua via aut ratione? Quis tam putida studia in eo fuisse suspicaretur? Ille tamen quantopere triumphat in sua calamitate? Dicit, *illa tamen tam olaræ & manifesta non capit iste juvenis, cui stultitia iracundia non rectos tantum, sed & omnes prorsus expulsi sensus*. At unusquisque scire mecum debet describi his vocibus unico tam infaustum commentatorem, qui ipse fatetur paulo ante, se Melam auxisse observationibus tunc, quum cruda & recente etiamnum memoria injuriæ & damni, quod ab Salmasio fuerat perpeffus, scriberet. Hinc optime expertus scire potuit stultæ iracundiæ efficaciam, quam mihi nunc affingit, quali me tunc auferri, quum præfationem Melæ scriberem, nec memini, nec ullam causam habui aut habuisse unquam in scribendo velim, relinquens tales gravissimæ stultitiæ stimulos istis observationibus. Ille

tamen tenax in ducenda vanitatis suæ ferra & hac magnopere fruens deinde scribit. *Pergit tamen ineptire & negat fossam hanc Arabas habere auctores, & ex Arriano perspicue constare ab Assyriis eam fuisse factam, ut ab inundationibus Euphratis terras suas liberarent. Itaque Alexandrum renovaturum eam fossam, non Arabibus, sed Assyriis voluisse gratificari, idque diserte testari Arrianum*. Sane hæc omnia pro meis habeo prorsus, & hic (ne detrectem bene facta) verissimus est Vossius. Ad hoc enim serviebat Pallacopas, ut ab Euphratis inundationibus intempestivis per æstatem terras & segetes Assyriorum liberaret; qui vicissim per hiemem colligebant ejus munere in Euphrate aquas ad reficiendos agros. Sed qualia sunt, quæ his subjicit? Primo quasi Spartam aut Πλατωνικαρχίας incoletet, privilegio ætatis abruptam præmittit condemnationem, nec simplicem, sed instar loquaculæ apud Menandrum Myrtilis bigeminam, hoc modo. *Facile aliquis* (facit enim id Isaacus Vossius, qui non est aliquis, sed quidam) *hanc colligat istum infelicitis judicii juvenem quantumvis antiquos legat scriptores, illos tamen non intelligere*. En aliquid novum & amplius inter mea cognomina. Fateor sane & doleo nimis sæpe id mihi evenire; sed & nullum præclarum virum video, cui non idem eveniat; & quia non intelligebam, nec ab Vossio poteram sperare auxilium, ipse enixus sum, ut viam intelligendi reperirem; & plura ad intelligendum idonea reddidi, quam hic Vossius. Sed pergit. *Errorum textit Odyssæam* (utinam possem! & imprimis comminisci tales Arabum historias:) *cum ne vel unum quidem eorum, quæ hic affirmat, apud Arrianum reperiat, quin potius omnia habeat contraria*. Crediderim libenter, si nulli oculi admoveantur Arriano, nisi solius Vossii, rem sic se habituram. Sed est Arrianus ipse clarissime se prodens; in omnibus regionibus idem per alios quoque teritur ac legitur experiamur an illi omnes in ejusdem pronuntiationis obsequium cum illo consentiant. Certe eruditi interpretes ex variis tractibus interpretatione sua testantur nugari hunc senem. Quin etiam ut de præsentibus idem sperare audeam, & quidem levi negotio ab illis futurum, præcolligo inde, quoniam deposita gravitate dignatur quoque causam castigationis suæ aperire; quæ ipsa causa declaratio est subversura universum hoc præmissum. Nempe addit, *Manifeste & pluribus verbis docet is, nisi obstruantur alveus Pallacopa, qui totus fuit in ditione Arabum, fore, ut universum exhauriat & absorbeat Euphratem, adeo ut nihil aqua superfit, quæ Assyriorum irrigentur terra*. Pri-

mo intueamur illum ut bene doctum, a quo ante omnia expectamus, ut verum scribat loquaturque. Id ita facit, ut manifestissimo mendacio utatur, dum ex sententia Arriani, quem utique nunc & solum tractamus, refert totum Pallacopam fluere in ditione Arabum. Dicit enim Arrianus his ipsis verbis, εἶναι λίμνας, αἱ δὲ ἀρχόμεναι ἀπὸ τούτου τὸ διώρυγόν, ἐς ἐπὶ τὴν ξυνεχῆ τῇ Ἀραβίᾳ γῆν, ἣ ἐξεν ἐς τὴν ἀγρὸν ἐπὶ πάλῳ, ἐν ᾧ ἔστι γαλασσὴ κατὰ ποταμὸν ἢ μέλισσιν ἀφανῆ ζώματα ἐκδίδουσι. Hæc sunt Arriani verba. In quibus unicuique patet, ne paludes quidem, in quas emittitur Pallacopas, statui ab Arriano esse in ditione Vossiana Arabum; sed illas incipere ab hoc Pallacopa, & desinentes demum pertinere ad regionem terræ Arabum contiguam; adeo ut inter Pallacopam, immo finem Pallacopæ & Arabiæ initium adhuc intersint omnes illæ paludes ex sententia Arriani. Immo etiam ille noster Arrianus de navigatione ipsa Alexandri mox scribit, τῶν ἐν τῇ ἐπὶ τῇ Παλαιόπαι ἐπὶ τῇ, ἣ καὶ αὐτὸν κατεπλάει ἐς τὰς λίμνας, ὡς ἐπὶ τῇ Ἀραβίᾳ γῆν, adeo ut nihil prorsus Pallacopæ in potestate Arabum fuerit. Denique quam sint, aut ætate Alexandri (de qua sola agit Arrianus, nec nos aliam respicere oportet) existimari debeant fuisse Arabes vicini Euphrati, patet ex eo, quod initio Arrianus dicit eum ὑπερβαίνειν ὑπὲρ τὰς ὄχθας ἐς τὴν γῆν τῇ Ἀραβίᾳ. Ubi hic Arabia? Nuspiam, ne ad unum quidem latus: ad utraq; ripas exspatiens Euphrates venit in solum Assyrium. Quæ quum sit tam perspicua descriptio, fieri nequit, ut non omnes mecum istam cœcam πρὸς ἀδοξολογίαν viri docti rideant ac detestentur; & quum ab scriptoribus clare nominentur Assyrii, per Assyrios intelligere Arabas sinant solam mentem Vossii, semper instar pecorum apud Garamantas obliqua cervicis pascantis, semper perversi. Et hæc sufficiant de illo emblemate, quod causariæ & paralyticæ suæ demonstrationi inspersit. Videmus ipsam universam. Dicit *manifeste* & pluribus verbis (id mirum non est: non enim poterat uno verbo, nec placebat ipsi paucioribus exprimere) *decere enim, nisi obstruatur alveus Pallacopæ, fore ut universum exhaustiat & absorbeat Euphratem, adeo ut nihil aqua superfit, qua Assyriorum irrigantur terra.* Quid igitur? an hoc solum est, quod Arrianus de Pallacopa narrat? an hæc talia sunt, quæ sola ad intelligentiam Pallacopæ faciunt? Certe non; nam & multo plura præmittit ac deinceps adnectit, & ipsa per se stare nequeunt, nihilque de ingenio Pallacopæ liquide intelligendum præbent. Rursus an dum hæc auctor dicit, aliquid ex illis, quæ ex me supra posuit, refutat Ar-

